

Goppelzrieder, Caspar

Sacra Psalmodia Cvm Litanii Et Aliis Precationibvs Per Hebdomadam
Singvlis diebus accomodata

Monachij 1599

Rar. 207

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00070780-7

VD16 B 8106

Copyright


Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.


Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.


00070789




12 ~~fl~~


Bar. 207





000707.B8





Rar. 207

~~asc. 3942~~

Psalmodia

SACRA
PSALMO-
DIA CVM LI-
TANIIS ET ALIIS
PRECATIO-
NIBVS.

PER HEBDO-
MADAM SINGV-
lis diebus accom-
modata.

Ecclesiastici. 18.

Non impediari orare semper, & ne vorear-
is usq; ad mortem iustificari : quoniam
merces D E I manet in æternum.

MONACHII,

M. D. X C I X.

Lori Capuccinorum Monachij

1. ААДАВО
ОМЛАДА
ИЗБЕВАДА
ЗИЛАТЫИЛАТ
ЛОТАОИЛАТ

ЛОГИИЯ
СУВАЛ
САГАИИ
САГАИИ

ЛІЧІЛІ
ЛІЧІЛІ
ЛІЧІЛІ
ЛІЧІЛІ

ЛІЧІЛІ
ЛІЧІЛІ
ЛІЧІЛІ
ЛІЧІЛІ

PRAEFATIO
AD SERENISSIMAM
Magdalena, Principem
Bauariae.

ANte annos ali-
quot, voluntate Se-
renissimi Principis
ac Domini Guilielmi, Comitis
Palatini Rheni, Vtriusq; Baua-
riæ Ducis. Seren: Vest: Paren-
tis, Domini mei clementissimi,
ex hac Ser: suæ Typographia,
edidi hunc sacræ plalmodiæ li-
bellum, à pijs quibusdam viris
collectum, eumq; Seren: Vest:
obtuli & dedicaui. Eundem
iam auctiorem & emendatio-

00070780
P R A E F A T I O .

rem, iussu ac mandato eiusdem
clementissimi Principis ac Do-
mini mei, secundò typis man-
daui, & vt priùs, sic iam quoq;
secundò excusum, eidem Sere:
Vest: cum omni reuerentia &
animi submissione offero & de-
dico: Tum quia alioquin hunc
libellum, tāquam iam antea su-
um ac proprium, meritò ac iure
sibi vendicat; Tum quia non ig-
noro, quin, vt hactenus ex pri-
ore magnum pietatis & diuini
amoris fructū pcepit, ita quoq;
deinceps ex hoc posteriore lō-
gè maiorem sit perceptura, non
solum propter maius & solidius
in omni virtute incrementum,
quo iam Sere: Vest: ita excel-
lit,

P R A E F A T I O.

lit, vt omnibus exemplo & admirationi sit, verum etiam propter linguæ latinæ cognitionē multò exactiorem, quam iam ita callet, vt quemuis auctorem absq; doctore, commodè intelligere possit.

Serenitati vestræ, qua possum maxima animi submissione me commendando.

Monachij, Idibus Decembris
Anno reparatæ salutis, 1599.

Serenitatis Vestræ.

Humillimus Capellanus,

Casparus Goppelzrieder.

INDEX HVIVS
LIBELLI.

PSALMI ALIQUOT
*selecti per hebdomadæ
dies distributi.*

Primus numerus psalmum, secun-
dus folium indicat.

DIE DOMINICA.

Exaltabo te Domine.	I	I
Ego mendicus,	2	4
Deus noster refugium,	3	8
Deus repulisti nos.	4	II
Domine Deus virtutum	5	IS
Deus ultionum	6	IS
Deus in nomine tuo	7	22
Litanie de nomine Iesu,		27

FERIA SECUNDA.

Beatus vir qui non abiit,	I	36
---------------------------	---	----

Con-

INDEX.

- Confitebor tibi Domine, 2 39
Noli emulari. 3 43
Exaltare super cœlos. 4 46
Misericordias Domini, 5 49
Deus manifeste veniet. 6 53
Notus in Iudea Deus, 7 56
Litaniæ B.V. Mariae, ex
scriptura sacra. 59

FERIA TERTIA

- Conserua me Domine. 1 70
Beati immaculati in via. 2 73
Legem ponem mihi Domine. 3 76
Bonitatem fecisti, 4 79
Iniquos odio habui, 5 81
Clamaui in toto corde. 6 84
Iudica me Deus. 7 87
Litaniæ de spiritu Sancto. 8 91

FERIA QVARTA.

- Ad te Domine leuaui, 9 109

I N D E X.

- Beati quorum remissæ,* 2 112
Deus misereatur nostri, 3 115
Qui confidūt in Domino, 4 118
Seruite Domino, 5 122
Voce mea ad Dominum, 6 125
Laudate nomen Domini. 7 128
Litanie de Angelis, 133

F E R I A Q V I N T A.

- Venite exultemus Domino* 1 146
Quam bonus Israel Deus, 2 149
Confitemini Domino, 3 152
Benedic anima mea Domi: 4 155
Deus Deus meus, 5 159
Quam magna multitudo, 6 162
Dominus pars hereditatis, 7 165
Litanie de venerabili Sacra. 169

F F R I A S E X T A.

- Deus in adiutorium,* 1 181
Miserere mei Domine. 2 184

Ad

I N D E X.

- | | | |
|--|---|-----|
| <i>Ad te Domine clamabo,</i> | 3 | 187 |
| <i>Dominus in templo.</i> | 4 | 191 |
| <i>Dominus ne in furor tuo,</i> | 5 | 194 |
| <i>Domine quid multiplic:</i> | 6 | 197 |
| <i>De profundis clamaui,</i> | 7 | 201 |
| <i>Litaniae vita & passionis Do-</i> | | |
| <i>mini nostri Iesu Christi,</i> | | 205 |

S A B A T H O.

- | | | |
|---------------------------------------|---|-----|
| <i>Domine non est exalt,</i> | 1 | 224 |
| <i>Dominus regnauit,</i> | 2 | 227 |
| <i>Laudate Dominum omn:</i> | 3 | 230 |
| <i>Lætatus sum in his,</i> | 4 | 234 |
| <i>Ad te leuaui oculos meos</i> | 5 | 236 |
| <i>Confitebor tibi,</i> | 6 | 239 |
| <i>Confitemini Domino,</i> | 7 | 242 |
| <i>Litania de B. V. Maria, in</i> | | |
| <i>aede Lauretana dici solitæ,</i> | | 247 |
| <i>Aliæ Litania ad B. V. Ma-</i> | | |
| <i>riam, ex scriptura sacra &</i> | | |

INDEX.

<i>patribus desumptæ,</i>	255
<i>Aliæ Litaniæ ad B. V. Ma-</i>	
<i>riam de vita & mysterijs eius</i>	267
<i>Medulla psalmorum Sancti</i>	
<i>Augustini,</i>	288
<i>Litaniæ ad Christū Dominū,</i>	307
<i>Aliæ Litaniæ ad Christum.</i>	331
<i>Litaniæ pro infirmis,</i>	349
<i>Litaniæ ad Deum Patrem,</i>	363
<i>Septem psalmi pœnitentiales.</i>	
<i>Domine ne infurore tuo,</i> 1	377
<i>Beati quorum remissæ,</i> 2	378
<i>Domine ne in furore,</i> 3	380
<i>Miserere mei Deus,</i> 4	384
<i>Domine exaudi orationē,</i> 5	386
<i>De profundis clamaui,</i> 6	389
<i>Domine exaudi orationem,</i> 7	390
<i>Litaniæ de omnibus san:</i>	393
<i>Oc̄to versus S. Bernhardi,</i>	407

Lita-

INDEX.

- Litaniæ ad sanctos Patronos,* 409
Litaniæ pro Germania, ad
Sanctos Germaniæ. 417
Litaniæ pro defunctis, 433
Litaniæ Sanctorum, quo-
rum reliquiæ in templo S.
Michaelis Monachij asser-
uantur. 444





00071-780

SACRA I
PSALMODIA
PER HEBDOMA-
DAM DISTRI-
BUTA.
* * *

Die Dominica.

Ant. *In nomine Iesu.*

PSALMVS I.

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentiis in lacum.

Psallite domino sancti eius: & confitemini memoriae sanctitatis eius.

Audiuit Dominus & misertus est

A mei:

mei: Dominus factus est adiutor meus.

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: considerasti laccū meum, & circumdedisti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea & nō compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Quoniam cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Lex Domini immaculata conuertēs animas: testimonium Domini fideli, sapiētiā præstans paruulis.

Iustitiae Domini rectæ lētificantes corda

corda, præceptnm Domini lucidum: illuminans oculos.

Timor domini sanctus, permanens
in seculum seculi: iudicia domini
vera iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapi-
dem preciosum multum: & dul-
ciora super mel & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea : in
custodiēdis illis retributio multa
Delicta quis intelligit: ab occultis
meis munda me, & ab alienis par-
ce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati : tunc
immaculatus ero, & emundabor
à delicto maximo.

Et erūt ut complacent eloquia oris
mei: & meditatio cordis mei in
conspectu tuo semper.

Dulcis & rectus Dominus: propter
hoc legem dabit delinquentibus
in via.

Diriget mansuetos in iudicio : Docabit mites vias suas.

Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas : requirentibus testamentum eius & testimonia eius. Salus iustorum à Domino : & protector eorum tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos Dominus , & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus & saluabit eos : quia speruerunt in eo.

Dominus virtutum populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Tu Domine adiutor meus: & protector meus.

Gloria Patri.

Sicut etat.

P S A L M V S II.

E G o mendicus sum & pauper:
Dominus sollicitus est mei.

Expe-

Expectans expectavi Dominum: &
intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit
me de lacu miseriæ, & de luto
fæcis.

Et statuit supra petram pedes meos:
& direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum
nouum:carmen Deo nostro.

Concaluit cor meum intra me:& in
meditatione mea exardescet i-
gnis.

Dixi custodiam vias meas: vt non
delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam: cum con-
sisteret peccator aduersum me.

Exaudi orationem meam Domine,
& deprecationem meam: auri-
bus percipe lachrimas meas.

Ne sileas, quoniam aduena ego sum
apud te: & peregrinus sicut om-
nes patres mei.

Veruntamen vniuersa vanitas : omnis homo viuens.

Veruntamen in imagine pertransit homo : sed & frustra contutbatur.

Exultent & letentur super te omnes quærentes te : & dicant semper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Et nunc quæ est expectatio mea , nonne Dominus ? & substantia mea apud te est.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua : & cogitationib⁹ tuis non est qui similis sit tibi.
Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam & salutare tuum dixi.

In hoc cognoui quoniam voluisti
me,

me : quoniam non gaudebit ini-
micus meus super me.

Me autem propter innocentiam fu-
scisti & confirmasti me: in con-
spectu tuo in æternum.

Propterea memor ero nominis tui
Domine, in omni generatione &
generationem.

Propterea populi confitebuntur ti-
bi in æternum: & in sæculum sæ-
culi.

Venite & videte opera Domini quæ
posuit prodigia super terram: au-
ferens bella vsq; ad fines terræ.

Vacate & videte quoniam ego sum
Devs: exaltabor in gentibus &
exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: su-
ceptor noster Devs Jacob.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui san-
cto.

Sicut erat.

PSALMVS III.

DEVS noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenierunt nos nimis. Iudica me DEVS, & discerne causam meam, de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es D E V S fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affigit me inimicus.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in motem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare DEI, ad D E V M qui laetificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara D E V S, D E V S meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me.

Spera in DEO, quoniam adhuc con-

fite-

fitebor illi : salutare vultus mei,
& D E V S meus.

Quia sitiuit anima mea ad D E V M
fontem viuum : quando veniam
& apparebo ante faciem D E I.

Quemadmodum desiderat ceruus
ad fontes aquarum : ita desiderat
anima mea ad te D E V S.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes
die ac nocte : dum dicitur mihi
quottidie, vbi est D E V S tuus.

Hæc recordatus sum, & effudi in me
animam meam: quoniam transi-
bo in locum tabernaculi admira-
bilis usq; ad domum D E I.

Quare tristis es anima mea: & qua-
re conturbas me.

Spera in D E O, quoniam adhuc con-
fitebor illi : salutare vultus mei &
D E V S meus.

In die mandauit Domin⁹ misericor-
diam suam: & nocte canticū eius.

Apud me oratio DEO vitæ meæ: dicam DEO susceptor meus es.

Quare oblitus es mei, & quare tristis incedo: dum affligit me inimicus.

Dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est DEVS tuus? quare tristis es anima mea & quare conturbas me.

Spera in DEO, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & DEVS meus.

Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.

In DEO laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula.

DEVS auribus nostris audiuimus: & patres nostri annunciauerunt nobis.

Quia in gladio suo possiderunt ter-

ram,

ram : & brachium eorum non
saluauit eos.

Sed dextera tua, & brachium tuum,
& illuminatio vultus tui: quoni-
am complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus & Deus meus:
qui mandas salutes Iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus
cornu: & in nomine tuo sperne-
mus insurgentes in nobis.

Gloria Patri.

PSALMVS IV.

Deus repulisti nos, & destruxisti
nos: iratus es & misertus es
nobis.

Repulisti nos, & confudisti nos: &
non egredieris Deus in virtuti-
bus nostris.

Posuisti nos opprobriū vicinis no-
stris: subsannationem & derisum
his qui sunt in circuitu nostro.

Quoniam humiliasti nos in loco af-
flictio-

fictionis, & cooperuit nos umbra mortis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.

Exurge quare obdormis Domine:
exurge & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis? obliuisceris in opere nostræ: & tribulationis nostræ.

Vt quid Deus repulisti in finem:
iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ.

Visquequo Domine improverabit inimicus? irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Domine Deus virtutum: quo usq;
irasceris super orationem leui tui.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

Cibabis nos pane lachrymarum: &
potum

potum dabis nobis in lachrymis
in mensura.

Deus venerunt gentes in haereditate
tua : polluerunt tem-
plum sanctum tuum : posuerunt
Hierusalem in pomorum custo-
diam.

Facti sumus opprobrium vicinis
nostris : subsannatio & illusio his
qui sunt in circuitu nostro.

Visquequo Domine irasceris in fi-
nem : accendetur velut ignis ze-
lus tuus.

Domine Deus virtutum conuerte
nos , & ostende faciem tuam : &
salue erimus.

Et non discedimus à te : viuifica-
bis nos , & nomen tuum inuoca-
bimus.

Exurge Domine adiuua nos : & redi-
menos propter nomen tuum:

Ex-

Excita potentiam tuam & veni : vt
saluos facias nos.

Netradas bestijs animas confitenti-
um tibi : & animas pauperū tuo-
rum nę obliuiscaris in finem.

Ne auertatur humilis factus confu-
sus : pauper & inops laudabunt
nomentuum.

Ne obliuiscaris voces inimicorum
tuorum : superbia eorum qui te
oderunt, ascendit semper.

Ne reminiscaris iniquitatū nostra-
rum antiquarum, cito anticipent
nos misericordiæ tuæ: quia pau-
peres facti sumus nimis.

Adiuua nos D e v s salutaris noster,
& propter gloriam nominis tui
Domine libera nos: & propitius
esto peccatis nostris, propter no-
mentuum.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS V.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam : auribus percipe Deus Jacob.

Domine Deus salutis meæ , in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Inclina ad me aurem tuam & exaudi me : quoniam inops & pauper sum ego.

Quia replera est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxi- sti super me.

Clamaui ad te tota die: expandi ad te manus meas.

Et ego ad te Domine clamaui : & manè oratio mea præueniet te.

Vt quid repellis orationem meam:
auertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego , & in laboribus à
iuuentute mea : exaltatus autem
humiliatus sum & conturbatus.

Miserere mei Domine, quoniam ad
te clamaui tota die : lætifica ani-
mam serui tui, quoniam ad te Do-
mine animam meam leuaui.

Custodi animam meam , quoniam
sanctus sum: saluum fac teruum
tuum De vs me⁹ sperantem in te.

Auribus percipe Domine oratio-
nem meam : & intende voci de-
precationis meæ.

Quoniam tu Domine suavis, & mi-
tis: & multæ misericordiæ omni-
bus inuocantibus te.

Quia misericordia tua magna est su-
per me: & eruisti animam meam
ex inferno inferiori.

Custodi me Domine de manu pec-
cato-

toris, & ab hominibus iniquis e-
ripe me.

Ne tradas me Domine à desiderio
meo peccatori, cogitauerūt con-
tra me, ne derelinquas me, ne
forte exalentur.

Dixi Domino Deus meus es tu: &
exaudi vocē deprecationis meę.
Respice in me & miserere mei, da
imperium tuum puerō tuo, &
saluum fac filium ancillæ tuæ.

Et tu Domine Deus miserator &
misericors: patiens & multæ mi-
sericordiæ & verax.

Fac mecum signum in bonum, vt
videant qui oderunt me, & con-
fundantur: quoniam tu Domi-
ne audiuisti me, & consolatus es
me.

Domine Deus virtus salutis meæ,
obumbrasti super caput meum
in die belli.

Deduc me D o M I N E in via tua,
ingrediar in veritate tua: lætetur
cor meum , vt timeat nomen
tuum

Confitebor tibi Domine D e v s
meus in toto corde meo : & glo-
rificabo nomen tuum in æter-
num.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S VI.

DE v s vltionum Dominus: D e-
v s vltionum liberè egit.

Exaltare qui iudicas terram : redde
retributionem superbis.

Quis consurget mihi aduersus ma-
lignantēs: aut quis stabit mecum
aduersus operantes iniquita-
tem.

Vsquequo peccatores Domine: vs-
quequo peccatores gloriabūtur.

Intende D o M I N E ad deprecatio-

nem

nem meam: quia humiliatus sum
nimis.

Domine clamaui ad te, exaudi me:
intende voci meæ cum clamaue-
ro ad te.

Dirigatur oratio mea , sicut incen-
sum in conspectu tuo : eleuatio
manuum mearum sacrificium
vespertinum.

Non auertas faciem tuam à me : in
quacunque die tribulor , inclina
ad me aurem tuam.

Quia defecerunt sicut fumus dies
mei : & ossa mea sicut cremium
aruerunt.

Percussus sum vt fænum , & aruit
cor meum : quia oblitus sum co-
medere panem meum.

Dies mei sicut umbra declinauerūt:
& ego sicut fænum arui.

Tu autem D o m i n e in æternum
permanes , & memoriale tu-
um

um in generatione & generatio-
nem.

Domine exaudi orationem meam,
auribus percipe obsecrationem
meam in veritate tua, exaudi me
in tua iustitia

Expandi manus meas ad te : anima
mea sicut terra sine aqua tibi.

Quia persecutus est inimicus ani-
mam meam : humiliavit in terra
vitam meam.

Collocavit me in obscuris , sicut
mortuos seculi: & anxiatus est su-
per me spiritus meus , in me tur-
batum est cor meum.

Non intres in iudicium cum seruo
tuo: quia non iusticabitur in con-
spectu tuo omnis viuens.

Libera me à persequentiibus me :
quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam, ad
confitendum nomini tuo : me

ex-

expectant iusti, donec retribuas
mihi.

Dissipata sunt ossa nostra secus in-
fernum: quia ad te Domine, Do-
mine oculi mei, in te speravi, non
auferas animam meam.

Non declines cor meum in verba
malitiæ : ad excusandas excusa-
tiones in peccatis.

Pone Domine custodiam ori meo:
& ostium circumstantiæ labijs
meis.

Custodi me à laqueo quem statue-
runt mihi: & à scandalis operan-
tium iniqitatem.

Cadent in reti aculo ei⁹ peccatores:
singulariter sum ego, donec tran-
seam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc &
semper.

PSALMVS VII.

DEVS in nomine tuo saluum
me fac : & in virtute tua iudi-
ca me.

Exaudi DEVS orationem meam , &
ne despexeris deprecationē me-
am: intende mihi , & exaudi me.
Eripe me de inimicis meis DEVS
meus: & ab insurgentibus in me
libera me.

Eripe me de operantibus iniqui-
tatem : & de viris sanguinum
salua me.

Contristatus sum in exercitatione
mea : & conturbatus sum à voce
inimici , & à tribulatione pecca-
toris.

Cor meum conturbatum est in
me : & formido mortis cecidit
super me.

Timor & tremor venerūt super me:
& contexerunt me tenebræ.

Quoni-

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me & fortis quæsierunt animam meam: & non proposuerunt D E V M ante conspectum suum.

Miserere mei D E V S, quoniam concultauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Exurge in occursum meum, & vide:
& tu Domine D E V S virtutum D E V S Israel.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

D E V S vitam meam annunciaui tibi:
posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Ego enim cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo manè misericordiam tuam.

Vespere & manè & meridie narrabo & annunciabo: & exaudies vocem meam.

Voluntariè sacrificabo tibi & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est.

Quia factus es susceptor meus: & refugium meum in die tribulationis meæ.

In quacunq; die inuocauero te: ecce cognoui, quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo sperauit, non timebo quid faciat mihi homo.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: ut placeam coram Deo in lumine viuentium.

In me lunt Deus vota tua: que redam laudationes tibi.

Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbae: & volabo & quiescam.

Ecce

Ecce elongauit fugiens, & mansi in
solitudine.

Expectabam eum qui saluum me fe-
cit: à pusillanimitate spiritus &
tempestate.

Gloria Patri.

*In nomine I E S V, omne genu fle-
tatur, Cœlestium, Terrestrium, &
Infernorum, & omnis lingua confi-
teatur, quia Dominus noster I E S V S
C H R I S T V S in gloria est D E I
Patris.*



B . . . LI-



LITANIAE DE de nomine Iesu.



KYrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili redemptor mudiDeus,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas unus Deus

Iesu Fili Dei vivi,

Iesu potentissime,

Iesu fortissime,

Iesu perfectissime,

Iesu gloriofissime,

Iesu mirifice,

Iesu iucundissime,

Iesu charissime,

Miserere nobis..

I E S V clarius sole,
 I E S V pulchrior Luna,
 I E S V splendidior stellis,
 I E S V admirabilis,
 I E S V delectabilis,
 I E S V honorabilis,
 I E S V humillime,
 I E S V pauperrime,
 I E S V mitissime,
 I E S V patientissime,
 I E S V obedientissime,
 I E S V castissime.
 I E S V amator castitatis.
 I E S V amator pacis,
 I E S V amor noster,
 I E S V speculum vitae,
 I E S V exemplar virtutum,
 I E S V decus morum.
 I E S V zelator animarum.
 I E S V refugium nostrum.
 I E S V pater pauperum.
 I E S V consolatio afflictorum.

Miserere
nobis.

I E S V

I E S V thesaurus fidelium,
I E S V gemma pretiosa.
I E S V armariū perfectionis,
I E S V bone pastor ouium,
I E S V stella maris,
I E S V lux vera,
I E S V sapientia æterna,
I E S V bonitas infinita,
I E S V gaudiū Angelorum,
I E S V Rex Patriarcharum, Miserere
I E S V inspirator Prophe- nobis.
tarum,
I E S V magister Aposto-
lorum,
I E S V doctor Euangelista-
rum,
I E S V fortitudo martyrū,
I E S V lumē confessorum,
I E S V sponsæ virginum.
I E S V corona sanctorum
omnium.
Propitius esto; Parce nobis Iesu.

Propitius esto; Exaudi nos Iesu.
Ab omni malo, Libera nos Iesu.
Ab omni periculo,
Ab ira tua,
Ab insidijs diaboli,
A peste, fame, & bello,
A transgressione mandato-
rum tuorum,
Ab incursu omnium ma-
lorum,
Per incarnationem tuam.
Per aduentum tuum,
Per nativitatem tuam, Libera
Per dolores tuos, nos Iesu.
Per flagella tua,
Per mortem tuam.
Per resurrectionem tuam.
Per ascensionem tuam.
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem
matrem tuam,

Per

Per intercessionem omnium San-
ctorum tuorum, Libera nos Iesu.
Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Iesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis Iesu.

I E S V C H R I S T E audi nos.

I E S V C H R I S T E exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christeeleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos.

D E v s in nomine tuo saluum
me fac : & in virtute tua iu-
dicame.

D E v s exaudi orationem meam: au-
ribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt ad-
uersum me, & fortes quæsierunt
animam meam: & non proposue-
runt

runt D E V M ante conspectum
suum.

Ecce enim D E V S adiuuat me : &
Dominus susceptor est animæ
mæ.

Auerte mala inimicis meis: & in ve-
ritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi : & con-
fitebor nomini tuo Domine ,
quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione e-
ripiisti me:& super inimicos me-
os despexit oculus meus.

Gloria Patri.

℣ Benedic anima mea Domino,

℟ Et omnia quæ intra me sunt nomini
sancto eius.

℣ Sit nomen Domini benedictum,

℟ Ex hoc nunc & usq; in seculum.

℣ Adiutorium nostrum in nomine Do-
mini.

℟ Qui fecit cœlum & terram.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

Ore-

Oremus.

PReces populi tui quæsum⁹ Domine clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur.

Familiam tuam quæsumus Domine continua pietate custodi, vt à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota.

Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare.

Sancti nominis tui Domine timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis,
quos

quos in soliditate tuæ dilectionis
instituis.

DEVS virtutum cuius est totum
quod est optimū, insere pe-
ctoribus nostris amorem tui no-
minis & præsta in nobis religio-
nis augmentum, vt quæ sunt bo-
na nutrias : ac pietatis studioquę
sunt nutrita custodias.

ECCLESIAM tuam domine misera-
tio continuata mundet ac
muniat, & quia sine te non potest
salua consistere, tuo semper mu-
nere gubernetur.

DEVS qui gloriosissimum no-
men Iesu Christi filij tui domi-
ni nostri fecisti fidelibus tuis sum-
mo suavitatis affectu amabile , &
malignis spiritibus tremendum atq;
terrible: concede propitius , vt o-
mnes qui hoc nomen IESV deuotè
vene-

venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinē in præsentī percipiāt, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum Amen.

¶ Domine exaudi orationem meam,

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace.

PSAL

PSALMODIA SA-
CRA FERIÆ S.E.
C V N D A E.

Ant. *Sub tuum præsidium.*

PSALMVS I.



Eatus vir qui non
abijt in consilio im-
piorum : & in via
peccatorū non ste-
tit, & in cathedra pestilentię non
sedit.

Sed in lege Domini voluntas eius:
& in lege eius meditabitur die
ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plan-
tatum est secus decursus aqua-
rum : quod fructum suum dabit
in tempore suo.

Et folium eius non defluet : &
omnia

omnia quæcunque faciet prospere
rabuntur.

Quoniam nouit Dominus viam iustorum : & iter impiorum peribit.
Nouit Dominus dics immaculatum : & hereditas eorum in eternum erit.

Non confundetur in tempore malo , & in diebus famis saturabuntur:quia peccatores peribunt.

Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.

Apud Dominum gressus hominis dirigitur: & viam eius volet.

Cum ceciderit non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

Declina à malo & fac bonum: & inhabita in seculum seculi.

Quia Dominus amat iudicium : &
non

non derelinquet sanctos suos, in
æternum conseruabuntur.

Beatus vir qui intelligit super ege-
num & pauperem: in die mala li-
berabit eum dominus.

Dominus conseruet eum , & viuifi-
cet eum: & beatum faciat eum in
terra, & non tradat eū in animam
inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super le-
ctum doloris eius : vniuersum
stratum eius versasti in infirmita-
te eius.

Ego dixi Domine miscrere mei: sana
animam meā, quia peccavi tibi.

Beatus vir cuius est nomen Domini
spes eius: & non respexit in vani-
tates , & insanias falsas.

Beatus vir qui timet Dominum : in
mandatis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius : ge-
neratio rectorum benedicetur.

Gloria

Gloria & diuinitæ in domo eius : &
iustitia eius manet in seculum se-
culi.

Iucundus homo qui miseretur &
commodat , disponit sermones
suos in iudicio : quia in æternum
non commouebitur.

In memoria æterna erit iustus : ab
auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in Domi-
no cōfirmatum est cor eius : non
commouebitur, donec despiciat
inimicos suos.

Dispersit dedit pauperibus , iustitia
eius manet in seculum seculi:cor-
nu eius exaltabitur in gloria.

Gloria Patri &c.

Sicut erat.

PSALMVS II.

Consitebortibi Domine in toto
corde meo : narrabo omnia
mirabilia tua.

Læta-

Lætabor & exultabo in te : psallam
nomini tuo altissime.

Quoniam fecisti iudicium meum &
causam meam: sedisti super throno
num qui iudicas iustitiam.

Increpasti gentes , & perijt impius
nomen eorum delesti in æternum:
& in seculum seculi.

Perijt memoria eorum cum sonitu:
& Dñs in æternum permanet.

Et factus est Dominus refugium pau-
peri: adiutor in oportunitatibus
in tribulatione.

Et sperent in te qui nouerunt no-
men tuum : quoniam non dere-
liquisti quærentes te Domine.

Domine Deus meus in te sporaui:
saluum me fac ex omnibus perse-
quentibus me, & libera me.

Ne quādo rapiat ut leo animam me-
am: dum non est qui redimat, ne-
que qui saluum faciat.

Ex-

Exurge Domine in ira tua: & exalte
re in finibus inimicorum meorum.
Consumetur nequitia peccatorum:
& diriges iustum, scrutans corda
& renes Deus.

Iustum adiutorium meum à Domi-
no: qui saluos facit rectos corde.
Confitebor Domino secundum iu-
stitiam eius : & psallam nomini
Domini altissimi.

Domine Dominus noster: quām ad-
mirabile est nomen tuum in uni-
uersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia
tua super cælos.

Ex ore infantium & lactentium per-
fecisti laudem, propter inimicos
tuos: ut destruas inimicum & vi-
torem.

Quid est homo quod memor es ei⁹ ?
aut filius hominis quoniam visi-
tas eum.

Minui-

Mintuisti eum paulo minus ab ange-
lis : gloria & honore coronaisti
eum & constituisti eum super o-
pera manuum tuarum.

Diligam te Domine fortitudo mea:
Dominus firmamentum meum,
& refugium meum, & liberator
meus.

D E v s meus, adiutor meus : & spe-
rabo in eum.

Protector meus , & cornu salutis
meæ: & susceptor meus.

Laudans inuocabo Dominum : &
ab inimicis meis saluus ero.

In tribulatione mea inuocauit D o-
MIN V M : & ad D E V M meum cla-
maui.

Et exaudiuit de templo sancto suo
vocem meam : & clamor meus in
conspexitu eius introiuit in au-
res eius.

Gloria Patri.

Noli

P S A L M V S III.

NOli æmulari in malignantibus,
neq; zelaueris facientes ini-
quitatem.

Quoniam tanquam fœnum veloci-
ter arescent : & quemadmodum
olera herbarum cito decident.

Spera in domino, & fac bonitatem:
& inhabita terram , & pasceris in
diuitijs eius.

Delectare in Domino: & dabit tibi
petitiones cordis tui.

Reuela Domino viam tuam , & spe-
ra in eo: & ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tu-
am , & iudicium tuum tanquam
meridiem: subditus esto Domino
& ora eum.

Noli æmulari in eo qui prospera-
tur in via sua : in homine facien-
te iniustias.

Define ab ira & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.

Quoniam qui malignantur , exterminabuntur : sustinentes autem Dominum , ipsi hæreditabunt terram.

Et adhuc pusillum , & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

Mansueti autem hæreditabunt terram : & delectabuntur in multitudine pacis.

Exspecta Dominum , & custodi viam eius : & exaltabit te , vt hæreditate capias terram , cum perierint peccatores videbis.

Vidi impium superexaltatum : & eleuatum sicut Cedros Libani.

Et transiui, & ecce non erat : quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem :

tatem : quoniam sunt reliquiae
homini pacifico.

Immola D E O sacrificium laudis : &
redde altissimo vota tua.

Quid gloriaris in malitia ? qui po-
tens es in iniuitate.

Dilexisti malitiam super benignita-
tem : iniuitatem magis , quam
loqui æquitatem.

Propterea D E V S destruet te in fi-
nem : euillet te , & emigrabit te
de tabernaculo tuo , & radicem
tam de terra viuentium.

Videbunt iusti & timebunt , & su-
per eum ridebunt , & dicent : ec-
ce homo , qui non posuit D E V M
adiutorem suum.

Ego autem sicut oliua fructifera in
domo D E I : speraui in misericor-
dia D E I in æternum , & in secu-
lum seculi.

Confitebor tibi in seculum , quia fe-
cisti :

cisti: & exspectabo nomen tuum,
quoniam bonum est in conspe-
ctu sanctorum tuorum.
Melius est modicum iusto: super di-
uitias peccatorum multas.

Iunior fui etenim senui: & non vidi
iustū derelictum, nec semen eius
quærens panem. Gloria Patri:

PSALMVS IV.

EXaltare super cœlos D E V S : &
super omnē terram gloria tua.
Exaudi D E V S orationem meam
cum deprecor: à timore inimici
eripe animam meam.

Protexisti me à conuentu mali-
gnantium : à multitudine ope-
rantium iniquitatem.

Deduxisti me , quia factus es spes
mea : turris fortitudinis à facie
inimici.

Exaudi D E V S deprecationem me-
am: intende orationi meæ.

A fini-

A finibus terræ ad te clamaui, dum
anxiaretur cor meum : in petra
exaltasti me.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in
secula : protegar in velamento
alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti
orationem meam: dedisti heredi-
tatem timentibus nomen tuum.

Paratum cor meum Deus paratum
cor meum: cantabo & psalmum
dicam Domino.

Exurge gloria mea : exurge psalte-
rium & cythara, exurgā diluculo.

Confitebor tibi in populis Dñe : &
psalmum dicam tibi in gentibus.

Sic psalmum dicam nomini tuo in
seculum seculi : ut reddam vota
mea de die in diem.

Introibo in domum tuam in holo-
caustis: reddam tibi vota mea,
quæ distinxerunt labia mea.

Te

Te enim decet hymnus D E V S in si-
; on : & tibi reddetur votum in
Hierusalem.

Exaltare super cœlos D E V S : & su-
per omnem terram gloria tua.

Quoniam magnificata est usque ad
cœlos misericordia tua, & usq; ad
nubes veritas tua.

Iubilate D E O , omnis terra, psalmum
dicte nomini eius : date gloriam
laudi eius.

Dicite D E O , quam terribilia sunt
opera tua Domine : in multitu-
dine virtutis tuæ mentientur ini-
mici tui.

Omnis terra adoret te & psallat tibi:
psalmum dicat nomini tuo.

Venite & videte opera D E I : ter-
ribilis in consilijs super filios ho-
minum.

Benedicite ḡetes D E V M nostrum: &
auditam facite vocem laudis ei⁹.

Venite

Venite, audite, & narrabo omnes
qui timetis D E V M : quanta fecit
animaë meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui: & exultaui sub lingua mea.

Qui posuit animam meam ad vitam:
& non dedit in commotionem
pedes meos.

Benedictus D E V S , qui non amouit
orationem meam : & misericor-
diam suam à me.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS V.

M Isericordias Domini in æter-
num cantabo.

In generatione & generationem
annunciabo veritatem tuam : in
ore meo.

Repleatur os meum laude : vt can-
tem gloriam tuam, tota die mag-
nitudinem tuam.

In te cantatio mea semper : quoniam tu es patientia mea D O M I N E, Domine spes mea à iuuentute mea.

In te confirmatus sum ex vtero : de ventre matris meæ , tu es protector meus.

Bonum est cōfiteri Domino: & psal lere nomini tuo altissime.

Ad annuciandum manè misericordiam tuam : & veritatem tuam per noctem.

Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine : etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.

Quia delectasti me Domine in factura tua : & in operibus manus tuarum exultabo.

D e v s qui glorificatur in consilio sanctorum : magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine & veritas tua in circuitu tuo.

Tu sunt cœli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Quam magnifica sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum Domine.

Ecce inimici tui Domine, ecce in-

mici tui peribunt : & dispergen-
tur omnes , qui operantur ini-
quitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis cor-
nu meum: & senectus mea in mi-
sericordia vberi.

Quoniam rectus Dominus D E V S
noster: & non est iniquitas in eo.
Iustus ut palma florebit: sicut cedrus
Libani multiplicabitur.

Plantati in domo Domini : in atrijs
domus DEI nostri florebunt.

Misericordia & veritas præcedent
faciem tuam domine : beatus po-
pulus qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui am-
bulabunt:& in nomine tuo exul-
tabunt tota die , & in iustitia tua
exaltabuntur.

Benedictus dominus in æternum,
fiat.

Gloria Patri.

P S A L M V S VI.

D E v s manifeſte veniet : D E v s
noſter & non ſilebit.

Congregate illi ſanctos eius , qui
ordinant teſtamentum eius ſu-
per ſacrificia.

E t annunciabūt cœli iuſtitiam eius :
quoniam D E v s iudex eſt.

O m n e s gētes plaudite manibus : iu-
bilat e D E o in voce exultationis.

Quoniam hic eſt D E v s , D E v s no-
ſter in æternum : & in ſeculum ſe-
culi, ipſe reget nos in ſecula.

Quoniam Dominus excelsus, terri-
bilis : rex magnus ſuper omnem
terram.

Lætetur mons Sion , & exultabunt
filiae Iudæ : propter iudicia tua
Domine.

Magnus Dominus & laudabilis ni-
mis : in ciuitate D E I noſtri , in
monte ſancto eius.

Sicut audiuimus , sic vidimus in ci-
uitate Domini virtutum, in ciui-
tate D e i nostri : D e v s fundauit
eam in æternum.

Secundum nomen tuum D e v s sic
& laus tua in fines terræ : iustitia
plena est dextera tua.

Psalrite D e o nostro, psallite : psalli-
te regi nostro, psallite.

Quoniam rex omnis terræ D e v s :
psallite sapienter.

Regnabit D e v s super gentes: D e v s
sedet super sedem sanctam suam.

Nonne D e o subiecta erit anima
mea? ab ipso enim salutare meum.
Nam & ipse D e v s meus, & saluta-
ris meus: susceptor meus, nō mo-
uebor amplius.

Propterea D e o subiecta erit anima
mea : quoniam ab ipso sapientia
mea.

Quia ipse D e v s me⁹, & saluator me-
us:

us:adiutor meus, non emigrabo.
In D E O salutare meum, & gloria
mea: D E V S auxilij mei, spes mea
in D E O est.

Sperate in eo omnis congregatio
populi: effundite coram illo cor-
davestra, D E V S adiutor noster
in æternum.

Quis deducet me in ciuitatem mu-
nitam ? aut quis deducet me usq;
in Idumæam.

Non netu D E V S qui repulisti nos ?
& non egredieris D E V S in virtu-
tibus nostris.

D a nobis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis.

In D E O faciemus virtutem : & ipse
ad nihilū deducet tribulātes nos.

Adiutor meus tibi psallam : quia
D E V S susceptor meus es, D E V S
meus, misericordia mea.

Gloria patri.

P S A L M V S VII.

NO^tus in Iudæa D E V S : in Israe^l
magnum nomen eius.

Et factus est in pace locus eius : &
habitatio eius in Sion.

Fundamenta eius in montibus san-
ctis: diligit dominus portas Sion,
super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.
Sicut lætantium omnium : habita-
tio est in te.

Quia melior est dies vna in atrijs tu-
is: super millia.

Elegi abiectus esse in domo D E I
mei: magis quam habitare in ta-
bernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem
diligit D E V S : gratiam & gloriam
dabit Dominus.

Misericordia & veritas obuiauerūt
sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Audiam quid loquatur in me Do-
minus

minus D e v s : quoniam loquetur
pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos , & in eos qui
conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum
salutare ipsius : vt inhabitet glo-
ria in terra nostra.

Etenim Dominus dabit benignita-
tem : & terra nostra dabit fru-
ctum suum.

Non priuabit bonis eos qui ambu-
lant in innocentia : Domine virtu-
tū, beatus homo qui sperat in te.

Benedixisti Domine terram tuam :
auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: o-
peruisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auerti-
sti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos D e v s salutaris
noster : & auerte iram tuam à
nobis.

D E V S tu conuersus viuificabis nos:
 & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Dñe misericordiam
 tuam: & salutare tuum da nobis.
 Protector noster aspice D E V S: & re-
 spice in faciem Christi tui.

Saluos nos fac Domine D E V S no-
 ster: & cōgrega nos de nationib⁹.
 Ut confitemur nomini sancto tuo:
 & gloriemur in laude tua.

Benedictus Dominus D E V S Israel à
 seculo & usq; in seculum: & dicet
 omnis populus fiat fiat.

Gloria Patri.

*Sub tuum presidium confugi-
 mus sancta Deigenitrix, nostras de-
 precationes ne despicias in necessita-
 tibus, sed à periculis cunctis libera
 nos semper virgo gloria & bene-
 dicta.*

LITANIAE B. MARIAE Virginis, ex scriptura sacra.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Devs, Miserere nobis.

Fili redemptor mūdi Devs, miserere nobis.

Spiritus sancte Devs, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Devs, miserere nobis.

Sancta Maria,

Sancta Dei genitrix,

Sancta Virgo virginum.

Mater viuentium,

Ora pro

nobis.

Mater

Mater pulchre dilectionis,
Mater sanctae spei,
Paradisus voluptatis,
Lignum vitae,
Domus sapientiae,
Porta cœli,
Desiderium collium æternorum.

Ciuitas refugij,
Vrbs fortitudinis,
Vena vitae,
Clypeus omnibus in te
sperantibus.

Gloria Hierusalem,
Sanctuarium Dei,
Tabernaculum fœderis,
Tabernaculum Dei cum
hominibus,
Propitiatorium altissimi,
Altare Thymiamatis,
Scala Jacob,
Arcatestamenti,

Ora pro
nobis.

Specu-

Speculum sine macula,
Virga Moysis,
Virga Iesse,
Lilium inter spinas,
Rubus ardens incombust^o,
Vellus Gedeonis,
Thronus Salomonis,
Turris eburnea,
Fauus distillans,
Hortus conclusus,
Fons signatus.

Ora pro

nobis.

Nauis institoris de longè

portans panem,

Mulier amicta Sole,

Stella matutina,

Aurora consurgens,

Pulchra vt Luna,

Electa vt Sol,

Castrorum acies ordinata,

Solum gloriæ Dei,

A cunctis periculis,

Per

Per immaculatam conce-
ptionem tuam,

Per sanctam nativitatem
tuam,

Per venerabilem præsen-
tationem tuam,

Per admirabilem annun-
tiationem tuam,

Per mundissimam purifi-
cationem tuam,

Per gloriosam assumpcio-
nem tuam,

Peccatores,

Vt veram pœnitentiam
nobis impetrare di-
gnaris,

Vt Ecclesiæ sanctæ , cun-
ctoq; populo Christia-
no pacem & veram
concordiam impetrare
dignaris.

Vt Imperatori nostro de

Libera
nos me-
diatrix
nostra.

Teroga-
mus au-
di nos.

hosti-

hostibus victoriam im-
petrare digneris.

Vt exercitum Catholicum
conseruare digneris,

Vt famulos tuos ad te con-
fugientes protegere &
conseruare digneris,

Vt fidei, spei, & charitatis
augmentum nobis im-
petrare digneris,

Vt mentis & corporis
integram puritatem
nobis impetrare dig-
neris,

Vt veræ humilitatis om-
niumq; virtutum præ-
sidia nobis impetrare
digneris,

Vt omnibus fidelibus de-
functis requié æternam
impetrare digneris,

Mater Dei,

Teroga-
mus au-
di nos.

Agnus

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis.

C H R I S T E audi nos.

C H R I S T E exaudi nos.

Kyrieleison.

Christeclison.

Kyrieleison.

Pater noster.

¶ Et ne nos. ¶ Sed libera.

AD te leuaui oculos meos : qui
habitatis in cœlis.

Ecce sicut oculi seruorum : in ma-
nibus Dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus do-
minæ suæ: ita oculi nostri ad Do-
minum D E V M nostrum, donec
misereatur nostri.

Mise-

Miserere nostri Domine , miserere
nostris : quia multum repleti su-
mus despectione.

Quia multum repleta est anima no-
stra: opprobrium abundantibus
& despectio superbis.

Gloria Patri.

Sicut erat.

- ¶ Saluos fac seruos tuos,
¶ Deus meus, sperantes in te.
¶ Memor esto congregationis tuae,
¶ Quam possedisti ab initio.
¶ Fiat pax in virtute tua,
¶ Et abundantia in turribus tuis.
¶ Protector noster aspice D E V S,
¶ Et respice in faciem Christi tui.
¶ Ne auertas faciem tuam à nobis,
¶ Et ne declines in ira à seruis tuis.
¶ Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
¶ Ut digni efficiamur promissionibus
 Christi.
¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

Ore-

Oremus.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine D E V S , perpetua mentis & corporis sanitatem gaudere , & gloria Beatæ M A R I A E semper Virginis intercessione , à presenti liberari tristitia , & æterna perfrui lætitia .

DE V S qui nos in tantis periculis constitutos , pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis salutem mentis & corporis , vt ea quæ pro peccatis nostris patimur , te adiuuante vincamus .

ECclesiæ tuæ , quæsumus Domine , preces placatus admitte : vt destructis aduersitatibus , & erroribus vniuersis , secura tibi seruiat libertate .

Defen-

DEfende quæsumus D O M I N E , beata M A R I A semper virgine intercedente , istam ab omni aduersitate familiam , & toto corde tibi prostratam , ab hostium propitius tuere clementer insidijs .

OMnipotens sempiterne D E V S , qui facis mirabilia magna solus , prætende super famulos tuos , & super populos & congregations illis commissas , Spiritum gratiæ salvataris : & ut in veritate tibi placeant , perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde .

DEVS largitor pacis , & amator charitatis , da famulis tuis veram cum tua volūtate concordiam : ut ab omnibus , quæ nos pulsant , temptationibus liberemur .

P ietate tua , quæsumus Domine nostrorum solue vincula peccatorum , & intercedente beata D E I genitrice virginē M A R I A , cum omnibus sanctis tuis , nos famulos tuos , benefactores , atque loca nostra , in omni sanctitate custodi , omnesq; consanguinitate , affinitate & charitate nobis coniunctos à vitijs purga : virtutibus illustra : pacem & salutem nobis tribue : hostes visibiles & inuisibiles remoue : carnalia desideria repelle : aërem salubrem & fertilitatem indulge : amicis & inimicis nostris charitatem largire : atque prouinciam nostrā cum omnibus in ea habitantibus ab omni peste , infideliumq; feritate , & potentia illæsam conserua : & omnibus fidelibus viuis & defunctis , in terra viuentium vitam , & requiem æternam concede : & Pontificem nostrum ,

strum , Episcopos , Imperatorem ,
Principes , & cūctū populum Chri-
stianum ab omni aduersitate custo-
di , & benedictio tua sit super nos
semper . Per Dominum nostrum
Iesum Christum filium tuum , qui
tecum viuit & regnat in unitate Spi-
ritus sancti Deus , per omnia secu-
la seculorum , Amen .

¶ Domine exaudi orationem meam .

R: Et clamor meus ad te veniat .

¶ Benedicamus Domino ,

R: Deo gratias .

Et fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace .



PSAL-

PSALMODIA SA-
CRA, FERIAE
TERTIAE.

Ant. *Veni sancte Spiritus*
PSALMVS I.



Onserua me Do-
mine, quoniam spe-
raui in te: dixi Domi-
no Deus meus es tu,
quoniam bonorum
meorum non eges.

Mirifica misericordias tuas domine:
qui saluos facis sperantes in te.

Devultu tuo iudiciū meum prode-
at: oculi tui videant æquitatem.

Probasti cor meum, & visitasti no-
cte: igne me examinasti, & non
est inuenta in me iniquitas.

Vt non loquatur os meū opera ho-
minum: propter verba labiorum
tuorum ego custodiui vias duras.

Perfice

Perfice gressus meos in semitis tuis:
vt non moueantur vestigia mea.
A resistentibus dexteræ tuæ custodi
me: vt pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege
me: à facie impiorum, qui me af-
fixerunt.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me
Deus: inclina aurem tuam mihi,
& exaudi verba mea.

Inimici mei animam meam circun-
dederunt: os eorum locutum est
superbiam.

Susceperunt me sicut leo paratus ad
prædam: & sicut catulus leonis
habitans in abditis.

Exurge Domine præueni eum, &
supplanta eum: eripe animam
meam ab impi.

Quoniam tu populū humilem sal-
uum facies: & oculos superbo-
rum humiliabis.

Quo-

Quoniam tu illuminas lucernā meam Domine: Deus meus illuminā tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo trāsgrediar murū. Deus meus impolluta via eius: eloqua Domini igne examinata , protector est omnium sperantium in te.

Quoniam quis Deus præter Dominum ? aut quis Deus præter Deum nostrum ?

Deus qui præcinxit me virtute: & posuit imaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum : & super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Læta

Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.
Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S II.

BEATI IMMACULATI IN VIA: QUI AMBULANT IN LEGE DOMINI.

BEATI QUI SCRUTANTUR TESTIMONIA EIUS: IN TOTO CORDE EXQUIRUNT EUM.

VITINAM DIRIGANTUR VIÆ MÆ: AD CUSTODIENDAS IUSTIFICATIONES TUAS.

TUNC NON CONFUNDAR: CUM PERSPEXERO IN OMNIBUS MANDATIS TUIS.

CONFITEBOR TIBI IN DIRECTIONE CORDIS: IN EO QUOD DIDICI IUDICIA IUSTITIÆ TUÆ.

D

Iustifi-

Iustificationes tuas custodiam: non
me derelinquas vsquequaque.

In toto corde meo exquisiu te: ne
repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua:
vt non peccem tibi.

Benedictus es Domine: doce me
iustificationes tuas.

In via testimoniorū tuorū delecta-
tus sum: sicut in omnib⁹ diuinitijs.

In iustificationibus tuis meditabor:
non obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo viuifica me: &
custodiam sermones tuos.

Reuela oculos meos: & considera-
bo mirabilia de lege tua.

Concupiuit anima mea desiderare
iustificationes tuas: in omni tem-
pore.

Aufer à me opprobrium & con-
temptum: quia testimonia tua
exquisiui.

Nam

Nam & testimonia tua meditatio
mea est : & consilium meum iu-
stificationes tuæ.

Adhæsit pauimento anima mea :
viuifica me secundum verbum
tuum.

Vias meas enunciaui , & exaudisti
me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum in-
strue me : & exercebor in mira-
bilibus tuis.

Dormitauit anima mea præ tædio :
confirm a me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me : & de-
lege tua miserere mei.

Adhæsi testimonij tuis Domine :
noli me confundere.

Viam veritatis elegi: iudicia tua non
sum oblitus.

Viam mandatorum tuorum cucur-
ri: cum dilatasti cor meum.

Gloria Patri.

PSALMVS III.

LEgem pone mihi Domine viam
iustificationum tuarum : &
exquiram eam semper.

Da mihi intellectum & scrutabor
legem tuam : & custodiam illam
in toto corde meo.

Deduc me in semita mandatorum
tuorum : quia ipsam volui.

Inclina cor meū in testimonia tua :
& non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videant va-
nitatem : in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquium tuum :
in timore tuo.

Amputa opprobrium meum quod
suspicatus sum : quia iudicia tua
iucunda.

Ecce concupiui mandata tua : in æ-
quitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua

Domi-

Domine: salutare tuum , secun-
dum eloquium tuum.

Et ne auferas de ore meo verbum
veritatis vsquequaq; : quia in iu-
dicijs tuis super sperauit.

Et custodiam legem tuam semper :
in seculum & in seculum seculi.

Memor esto verbi tui seruo tuo : in
quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate
mea : quia eloquium tuum viui-
ficauit me.

Cantabiles mihi erant iustificatio-
nes tuæ : in loco peregrinationis
meæ.

Portio mea Domine: dixi custodire
legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in to-
to corde meo : miserere mei se-
dum eloquium tuum.

Cogitauit vias meas : & conuerti pe-
des meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus :
vt custodiam mandata tua.

Particeps ego sum, omnium timen-
tium te : & custodientium man-
data tua.

Misericordia Domini plena est ter-
ra : iustificationes tuas doce me.

Fiat misericordia tua vt confoletur
me : secundum eloquium tuum
seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ &
viuam : quia lex tua meditatio
mea est.

Secundum misericordiam tuam vi-
uifica me : & custodiam testimo-
nia oris tui.

Fiat cor meum immaculatam in iu-
stificationibus tuis : vt non con-
fundar.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui
sancto.

Sicut erat.

boni-

P S A L M V S I V .

B Onitatem fecisti cum seruo tuo
Domine: secundum verbum
tuum.

Bonitatē & disciplinā & sciētiā doce
me: quia mandatis tuis credidi.
Bonus es tu: & in bonitate tua doce
me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniqui-
tas superborum : ego autem in
toto corde meo scrutabor man-
data tua.

Bonum mihi quia humiliasti me: vt
discam iustificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui: super mil-
lia auri & argenti.

Manus tuæ fecerunt me & plasma-
uerunt me: da mihi intellectum,
vt discam mandata tua.

Cognoui Domine quia æquitas iu-
dicia tua: in veritate tua humilia-
sti me.

Defecit in salutare tuū anima mea :
& in verbum tuum supersperauī.
Defecerunt oculi mei in eloquium
tuum : dicentes quando conso-
laberis me.

Quot sunt dies seruitui ? quando
facies de persequentibus me iu-
diciū ?

Narrauerūt mihi iniqui fabulatio-
nes : sed non vt lex tua.

In æternū Domine : verbum tu-
um permanet in cælo.

Nisi quod lex tua meditatio mea est :
tunc fortè perijssim in humilita-
te mea.

Tuus sum ego saluum me fac : quo-
niā iustificationes tuas exquisiui.

Super inimicos meos prudētem me
fecisti mandato tuo : quia in æter-
num mihi est.

Ab omni via mala prohibui pedes
meos : vt custodiam verba tua.

Quam

Quam dulcia faucibus meis eloquia
tua: super mel ori meo.

Lucerna pedibus meis verbum tu-
um: & lumen semitis meis.

Iuraui & statui: custodire iudicia iu-
stitiae tuæ.

Humiliatus sum usquequaque Do-
mine: viuifica me secundum ver-
bum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac
Domine: & iudicia tua doce me.

Hereditate acquisiui testimonia tua
in æternum: quia exultatio cor-
dis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iu-
stificationes tuas in æternū: pro-
pter retributionem.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS V.

INQUOS odio habui: & legem tu-
am dilexi.

Anima mea in manib⁹ meis semper:
& legem tuam non sum oblitus.
Adiutor meus & susceptor meus es
tu : & in verbum tuum super-
sperauit.

Declinate à me maligni : & scruta-
bor mandata D E I mei.

Suscipe me secūdum eloquium tu-
um & viuam : & non confundas
me ab exspectatione mea.

Adiuua me & saluus ero : & medi-
tabor in iustificationib⁹ tuis sem-
per.

Confige timore tuo carnes meas : à
iudicijs enim tuis timui.

Feci iudicium & iustitiam : non tra-
das me calumniantibus me.

Suscipe seruum tuum in bonum :
non calumnientur me superbi.

Fac cum seruo tuo secundum mis-
ericordiam tuam : & iustificatio-
nes tuas doce me.

Ser-

Seruuus tuus sum ego, da mihi intellectum: ut discam mandata tua.
Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectu dat paruulis.
Os meum aperui, & attraxi spiritu: quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: ut non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me à calumnijs hominum: ut custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificantes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.
Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica

Iudica iudicium meum & redime
me : propter eloquium tuum vi-
uifica me.

Iustus es Domine : & rectum iudi-
cium tuum.

Ignitum eloquium tuum vehemen-
ter : & seruus tuus dilexit illud.

Iustitia tua iustitia in æternum : &
lex tua veritas.

Æquitas testimonia tua in eternum:
intellectum da mihi & viuam.

Gloria Patri.

PSALMVS VI.

Clamaui in toto corde meo : ex-
audi me Domine : iustificatio-
nes tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me fac : vt cu-
stodiam mandata tua.

Praueni in maturitate & clamaui :
quia in verba tua supersperauit.

Praeuerunt oculi mei ad te dilu-
culo : vt meditarer eloquia tua.

et omnibus

Vocem

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Dñe : & secundum iudicium tuum viuifica me. Prope es tu Domine : & omnes viæ tuæ veritas.

Longè à peccatoribus salus : quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine : in misericordia tua viuifica me.

Misericordiæ tuæ multæ Domine : secundum iudicium tuum viuificame.

Principes persecuti sunt me gratis : & à verbis tuis formidauit cor meum:

Lætabor ego super eloquia tua : sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum : legem autem tuam dilexi.

Pax

Pax multa diligentibus legem tuā :
& non est illis scandalum.

Exspectabam salutare tuum Domi-
ne : & mandata tua dilexi.

Seruaui mandata tua & testimonia
tua : quia omnes viæ meæ in con-
spectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in
consp ectu tuo Domine : iuxta e-
loquium tuum da mihi intelle-
ctum.

Intret postulatio mea in conspectu
tuo : secundum eloquium tuum
eripe me.

Eruetabunt labia mea hymnum :
cum docueris me iustificationes
tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium
tuum : quia omnia mandata tua
æquitas.

Fiat manus tua ut saluet me : quoni-
am mandata tua elegi.

Con-

Concupiui salutare tuum Domine:
& lex tua meditatio mea est.

Viuet anima mea & laudabit te: &
iudicia tua adiuuabunt me.

Erravi sicut ouis quæ perijt: quære
seruum tuum , quia mandata tua
non sum oblitus.

Gloria Patri, &c.

Sicut erat.

P S A L M V S VII.

I Vdica me De vs, quoniam ego in
innocentia mea ingressus sum:
& in Domino sperans non infir-
mabor.

Proba me Domine, & tenta me: vre-
renes meos, & cor meum.

Quoniam misericordia tua ante o-
culos meos est : & complacui in
veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis: &
cum iniqua gerentibus non in-
troibo.

Laua-

Lauabo inter innocentes manus
meas: & circundabo altare tuum
Domine.

Vt audiam vocem laudis tuæ : & e-
narrem vniuersa mirabilia tua.

Dñe dilexi decorem domus tuæ : &
locum habitationis gloriæ tuæ.

Ego in innocentia mea ingressus sum:
redime me & miserere mei.

Pes meus stetit in directo : in Eccle-
sijs benedicam te Domine.

Dominus adiutor meus , & prote-
ctor meus : & in ipso sperauit cor
meum & adiutus sum.

Et refloruit caro mea : & ex volun-
tate mea confitebor illi.

D O M I N U S fortitudo plebis suæ :
& protector saluationum Chri-
sti sui est.

Quis est homo qui vult vitam ? dili-
git dies videre bonos ?

Prohibe linguam tuam à malo : &
labia

labia tua ne loquantur dolum.
 Diuerte à malo, & fac bonum : inquire pacem, & persequere eam.
 Oculi Domini super iustos : & aures eius in preces eorum.
 Vultus autem Domini super facientes mala : vt perdat de terra memoria eorum.
 Clamauerunt iusti , & DOMINVS exaudiuit eos : & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
 Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde : & humiles spiritu saluabit.
 Multæ tribulationes iustorum : & de omnibus his liberabit eos Dominus.
 Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnū ex his non conteretur.
 Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.

Redi-

Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Gloria Patri.

*Veni sancte Spiritus reple tuo.
rum corda fidelium, & tui amoris in
eis ignem accende, qui per diuersita-
tem linguarum cunctorum gentes
in unitate fidei congregasti.*



L I T A

LITANIAE DE SPI- ritu Sancto.

* * *

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Devs, Miserere
nobis.

Fili redemptor mūdi Devs, misere-
re nobis.

Spiritus sancte Devs, miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus Devs, misere-
re nobis.

Bone Spiritus Domini,

Spiritus creator,

Spiritus Paraclete,

Spiritus principalis,

Spiritus viuificator,

Miserere
nobis.

Spiri-

Spiritus veritatis,
Spiritus sapientiae,
Spiritus intellectus,
Spiritus fortitudinis,
Spiritus pietatis,
Spiritus sancti & recti
confilij.

Spiritus scientiae,
Spiritus timoris Domini,
Spiritus charitatis,
Spiritus gaudij,
Spiritus pacis & unitatis,
Spiritus patientiae,
Spiritus benignitatis,
Spiritus bonitatis,
Spiritus longanimitatis,
Spiritus mansuetudinis,
Spiritus fidei & spei,
Spiritus modestiae,
Spiritus continentiae,
Spiritus castitatis,
Spiritus humilitatis,

Miserere
nobis.

Spiritus

Spiritus prudentiæ,
Spiritus vitæ & salutis,
Spiritus virtutum,
Spiritus super mel dulcis,
Spiritus multiformis
gratiæ,
Spiritus adoptionis filio-
rum D E I ,
Donus D E I altissimi,
Fons aquæ viuæ,
Mysteriorum reuelator,
Spiritualis vñctio,
Dexteræ D E I digitus,
Amor diuini numinis,
Auctor diuinæ gratiæ,
Refectio laborantium,
Purificator animarum no-
strarum,
Afflictorum perfugium,
Mærentium consolator,
Cœlestium donorum di-
stributor,

Miserere
nobis.

Scru-

Scrutans corda & renes
Deus,
Discretor cogitationum
& intentionum cor-
dis,
Ecclesiæ Catholicæ sancti-
ficator & rector,
Lumen errantium,
Securum in omni aduersi-
tate præsidium,
Pater pauperum,
Dulcedo in tuo seruitio in-
cipientium,
Virtus in te proficientium,
Corona perfectorum,
Præmium electorum,
Gaudium Angelorum,
Illuminator Patriarcha-
rum,
Inspirator Prophetarum,
Doctor Apostolorum,
Fortitudo martyrum,

Miserere
nobis.

Lumen

Lumen confessorū, miserere nobis.
 Puritas virginum, miserere nobis.
 Perfectio sanctorum omnium, mi-
 serere nobis.
 Propitius esto, parce nobis
 Sancte Spiritus,
 Propitius esto, exaudi nos
 Sancte Spiritus,
 Ab omni malo,
 Ab omni peccato,
 Ab omni tentatione & in-
 sidijs diaboli,
 Ab omni desperatione &
 pusillanimitate,
 Ab omni præsumptione &
 animo irreuerenti ac in-
 frunito,
 Ab impugnatione verita-
 tis agnitæ,
 Ab inuidentia fraternæ
 gratiæ,
 Ab omni obstinatione &

Libera
 nos San-
 &te Spi-
 ritus.

impæ-

impænitentia cordis,
Ab omniduritia & cæcita-
te mentis,
Ab illicitis scrupulis & ani-
mi perturbationibus.
A sterilitate & tepiditate
mentis,
Ab omni tædio & nausea
rerum spiritualium,
Ab omni negligentia &
torpore animi.
A desiderijs & libertate
carnis,
Ab omni curiositate & in-
constantia mentis.
Ab omni mala voluntate
& amore proprio ac
nociuo,
A timore mundano &
nociuo,
Ab omni vanitate & arro-
gantia spiritus,

Libera
nos S. spi-
ritus.

Ab

Ab omni hypocrisi & duplicitate animi,
Ab omni imunditia mentis & corporis,
Ab hæresibus & erroribus
vniuersis,
Ab omnimalo spiritu,
A mala & æterna morte,
Per bonitatem & virtutem
tuam,
Per potentiam & sapientiam tuam,
Per obumbrationem B.
M A R I A Æ virginis dum
cōceperat filium DEI,
Per sanctissimam conceptionem saluatoris
nostrī,
Per descensionem tuam in
specie columbæ super
Christum baptizatum,
Per sanctam apparitionem

Libera
nos San-
cte Spi-
ritus.

E tuam

tuam in transfiguratio-
ne Domini,

Per aduentum tuum in lin-
guis igneis super disci-
pulos Christi,

Per infallibilem assistenti-
am tuā Ecclesiæ Catho-
licæ promissam,

Per gratiam tuam qua tuo-
rum corda fidelium
reples,

Per charitatē tuam, quam
in cordibus fidelium dif-
fundis,

Peccatores,

Vt nobis parcas,

Vt ad verām pœnitentiam
nos perducere digneris,

Vt Ecclesiam tuam factam
regere, conseruare, &
amplificare digneris,

Vt Dominum Apostolicū,

Libera
nos San-
cte Spi-
ritus.

Te rog-
mus au-
di nos.

Episco-

Episcopos, & omnes
Ecclesiasticos ordines
in sancta religione &
vitæ sanctitate con-
seruare digneris,

Vt omnes principes, & to-
tum populum Christian-
um in vinculo pacis &
charitatis adunare & cō-
seruare digneris,

Vt omnes gentes in vnitate
Catholicæ fidei con-
gregare digneris,

Vt mentis & corporis inte-
gram puritatem nobis
donare digneris.

Vt templum sanctum tu-
um in nobis facere dig-
neris,

Vt fidei, spei, & charitatis
augmentum nobis do-
nare digneris,

Te roga-
mus au-
di nos.

Vt gratia tua sancta & effi-
caci nos vbiq; præueni-
re, comitari & subsequi
digneris,

Vt abundantia roris tui ari-
ditatem nostram facun-
dere digneris,

Vt veræ pietatis, deuo-
tionis & orationis do-
num nobis largiri di-
gneris,

Vt omnes cogitationes,
verba & opera nostra
dirigere & sanctifica-
re digneris,

Vt veræ humilitatis om-
niumq; virtutum præ-
sidia nobis donare dig-
neris,

Vt perfectam spiritus pau-
pertatem nobis donare
digneris,

Teroga-
mus au-
di nos.

Vt

- Vt corda nostra Christiana
mansuetudine emollire
& stabilire digneris,
Vt sanctum luctum & fon-
tem lachrymarum nobis
donare digneris,
Vt sitim & esuriem in uiuo-
latæ iustitiæ in nobis ex-
citare digneris,
Vt nos verè misericordes
efficias, .. .
Vt cor mundum in nobis
creare digneris,
Vt veram pacem & cordis
tranquillitatem no-
bis donare digneris,
Vt ad tolerandas propter
iustitiam persecutio[n]es
nos dignos & fortes ef-
ficere digneris,
Vt nos in CHRISTO pru-
dentes & verè simpli-

Teroga-
mus au-
di nos.

ces efficere digneris,
Vt nos in omni tribula-
tione nostra confor-
tare & consolari dig-
neris,

Vt mentes nostras lumine
tuæ claritatis illustrare
digneris,

Vt peruersam & languentē
voluntatem nostram re-
gere & igne tui amoris
accendere digneris,

Vt sensus & corda nostra ab
omni malo custodire
digneris,

Vt in spiritu & veritate nos
tibi seruire facias,

Vt nos metipso in tuo san-
cto seruitio confortare
& conseruare digneris,

Vt nos in gratia tua confir-
mare digneris,

Te roga-
mus au-
di nos.

Vt

Vt corda nostra à seculi vanitatibus auertere & ad cœlestia desideria erigere digneris,

Vt nos in numerū electorum tuorum recipias,

Vt nos in hora mortis nostræ custodire & ad vitam æternam perducere digneris,

Vt nos exaudire digneris,

Spiritus D E I,

Agnus D E I qui tollis peccata mundi, Effunde in nos Sanctum Spiritum.

Agnus D E I qui tollis peccata mundi, Emitte promissum in nos Patris Spiritum.

Agnus D E I qui tollis peccata mundi, da nobis Spiritum bonum,

C H R I S T E audi nos.

C H R I S T E exaudi nos.

Te roga
mus au-
di nos.

Kyrie eleison.
Christeeleison.
Kyrie eleison.
Pater noster.
¶ Et ne nos.
¶ Sed libera.

DEVS misereatur nostri & benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos , & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam : in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi D E V S :
confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur & exultent gentes , quoniam iudicas populos in equitate :
& gentes in terra dirigis.

Confiteātur tibi populi D E V S con-
fiteantur tibi populi omnes : ter-
ra dedit fructum suum.

Bene-

Benedicat nos D E V S D E V S noster,
benedicat nos D E V S : & metu-
ant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri.

Sicut erat.

- ℣ Emitte spiritum tuum & creabuntur,
- ℟ Et renouabis faciem terræ.
- ℣ Cormundum crea in me D E V S,
- ℟ Et spiritum rectum innoua in visceri-
bus meis.
- ℣ Ne proijcias me à facie tua,
- ℟ Et Spiritum sanctum tuum ne auferas
à me.
- ℣ Redde mihi lætitiam salutaris tui,
- ℟ Et spiritu principali confirma me.
- ℣ Spiritus sancti gratia,
- ℟ Illuminet sensus & corda nostra.
- ℣ Domine exaudi orationem meam.
- ℟ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

D E V S qui corda fidelium san-
cti Spiritus illustratione do-
cuisti, da nobis in eodem spiritu re-

cta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Mentes nostras quæsumus Domine paracletus, qui à te procedit illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.

Adgit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis Fidei, Spei, & charitatis augmentum, & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis.

Deus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogi-

cogitationes cordis nostri: vt te perfectè diligere & dignè laudare mereamur.

DEVS innocentiae restitutor & amator, dirige ad te tuorū corda seruorum, vt spiritus tui seruore concepto, & in fide inueniamur stabiles, & in opere efficaces.

OMnipotens & mitissime DEVS, respice propitius preces nostras, & libera corda nostra de malorum temptationibus cogitationum, vt Sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur.

Sancti Spiritus quæsumus Domine corda nostra mundet infusio & sui roris intima aspersione facundet.

OMnipotens sempiterne DEVS, cui^o spiritu totum corpus Ecclesiæ

clesiæ sanctificatur & regitur : exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes , ut gratiæ tuæ munere , ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur . Per Dominum .

¶ Domine exaudi orationem meam ,

¶ Et clamor meus ad te veniat .

¶ Benedicamus Domino ,

¶ Deo gratias .

Et fidelium animæ per misericordiam

Dei requiescant in pace .

Amen .



PSAL.

PSALMODIA SA-
CRA, FERIÆ
QVARTÆ.

Ant. Princeps glorioſiſime.

PSALMVS I.



D te Domine leuaui
animam meam : D e-
v s meus in te confi-
do, non erubescam.

Neq; irrideant me inimici mei : ete-
nim vniuersi qui sustinent te non
confundentur.

Vias tuas Domine demonstra mihi :
& semitas tuasedoce me.

Dirige me in veritatetua , & doce
me: quia tu es DEVS saluator me-
us, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum
Domi-

Domine : & misericordiarū tua-
rum quæ à seculo sunt.

Delicta iuuētutis meæ : & ignoran-
tias meas, ne memineris.

Secūdum misericordiam tuam me-
mento mei tu : propter bonita-
tem tuam Domine.

Quis est homo qui timet dominum :
legé statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur :
& semen eius hereditabit terram.

Firmamentum est Dominus timen-
tibus eum : & testamentum ipsi-
us, ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominium :
quoniam ipse euellet de laqueo
pedes meos.

Respice in me, & miserere mei : quia
vnicus & pauper sum ego.

Propter nomen tuum domine pro-
pitaberis peccato meo : multum
est enim.

Tribu-

Tribulationes cordis mei multipli-
catæ sunt: de necessitatibus meis
erue me.

Vide humilitatem meam & labo-
rem meum: & dimitte vniuersa
delicta mea.

Respic inimicos meos, quoniam
multiplicati sunt: & odio iniquo
oderunt me.

Ego enim in te sperauit Domine: di-
xi, D E V S meus es tu, in manibus
tuis sortes meæ.

Eripe me de manibus inimicorum
meorū: & à persequentibus me.

Inclina ad me aurem tuam: accele-
ravit eruas me.

Illustra faciem tuā super seruum tu-
um: saluum me fac in misericor-
dia tua, Domine non confundar,
quoniam inuocauite.

Libera D E V S Israel: ex omnibus tri-
bulationibus suis.

Bene-

Benedictus Dominus ex Sion , qui
habitat in Hierusalem.

Gloria Patri.

PSALMVS II.

BEATI quorum remissæ sunt ini-
quitates : & quorum tecta
sunt peccata.

BEATUS vir cui non imputauit domi-
nus peccatum : nec est in spiritu
eius dolus.

DELICTUM meum cognitum tibi fe-
ci : & iniustiam meam non ab-
scondi.

DIXI confitebor aduersum me iniu-
stitiam meam Domino : & tu re-
misisti impietatem peccati mei.

PROPTERA confitebor tibi Domine
in Ecclesia magna : in populo
graui laudabo te.

BENEDICAM D O M I N U M in omni
tempore : semper laus eius in
ore meo.

In

In Domino laudabitur anima mea :
audiant mansueti & lætentur.

Non saluatur rex per multam virtu-
tem : & gigas non saluabitur in
multitudine virtutis suæ.

Ecce oculi Domini super metuen-
tes eum : & in eis qui sperant su-
per misericordia eius.

Vt eruat à morte animas eorum : &
alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum :
quoniam adiutor & protector
noster est.

Diligit misericordiam & iudicium :
misericordia Domini plena est
terra.

Verbo Domini cœli firmati sunt :
& spiritu oris eius omnis virtus
eorum.

Timeat Dominum omnis terra : ab
eo autem comoueantur omnes
inhabitantes orbem.

Quo-

Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autē cogitationes populorum , & reprobat consilia principum.

Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Iste pauper clamauit, & Dñs exaudiuit eum : & ex omnibus tribulationibus eius saluabit eum.

In eo lætabitur cor nostrum : & in nomine sancto eius sperauimus.

Non veniat mihi pes superbiæ : & manus peccatoris nō moueat me.

Quia tu Domine odisti obseruantes vanitates: superuacuè.

Ego autem in Domino sperauui: exultabo & lætabor in misericordia tua.

Exul-

Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam : & dicant semper magnificetur Dominus : qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam : tota die laudem tuam.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS III.

DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam : in omnibus gentibus salutare tuum.

Lætentur & exultent gentes : quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Consiteatur tibi populi DEVS, consiteantur tibi populi omnes : terra dedit fructum suum.

Bene-

Benedicat nos D E V S , D E V S noster
benedicat nos D E V S : & metu-
ant eum omnes fines terræ,
Exurgat D E V S & dissipentur inimi-
ci eius: & fugiant , qui oderunt
eum à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut
fluit cera à facie ignis , sic percant
peccatores à facie D E I .

Et iusti epulentur , & exultent in
consp ectu D E I : & delectentur
in lætitia.

Manda D E V S virtuti tuæ: confirma
hoc D E V S , quod operatus es in
nobis.

Benedictus Dominus die quotidie:
prosperum iter faciat nobis Deus
salutarium nostrorum.

D E V S noster D E V S saluos faciendi: &
Domini Domini exitus mortis.

Mirabilis D E V S in sanctis suis:D E V S
I srael ipse dabit virtutem & for-
titu-

titudinem plebi suæ : benedictus D E V S.

Ecce dabit vocis suæ vocem virtutis :
date gloriam D E O super Israel :
magnificentia eius & virtus eius
in nubibus.

In Ecclesijs benedicite D E O : Do-
mino de fontibus Isracl.

Regna terræ cantate D E O : psallite
Domino.

Pfallite D E O : qui ascendit super cœ-
lum cœli ad orientem.

Cantate D E O , psalmum dicite no-
n. ini cius: iter facite ei, qui ascen-
dit super occasum, Dominus no-
men illi.

Vouete & reddite Domino D E O
vestro: omnes qui in circuitu ei-
us affertis munera.

Exultate D E O adiutori nostro : iu-
bilate D E O Iacob.

Etenim benedictionem dabit legis-
lator:

lator: ibunt de virtute in virtutē,
videbitur D e u s deorum in Sion.
Quoniam cogitatio hominis con-
tebitur tibi:& reliquię cogitatio-
nis diem festum agent tibi.

Beatus vir cuius est auxilium ab s t e:
ascensiones in corde suo disposu-
it, in valle lachrymarum, in loco
quem posuit.

Omnes gentes quascunq̄ue fecisti,
venient & adorabunt coram te
Domine:& glorificabunt nomen
tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens
mirabilia: tu es D e u s solus.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S . I V .

Quoniam confidunt in Domino sicut
mons Sion: non commoue-
bitur in æternum, qui habitat in
Hierusalem.

Ete-

Etenim qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Dominus susceptor meus es tu: & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Quoniam nisi Dominus adiuuit me: paulò minus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ latificauerunt animam meam.

Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Beati

Beati omnes qui timent Dominum:
qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia
manducabis: beatus es , & bene
tibi erit.

Scapulis suis obumbrabit tibi D E -
v s:& sub pennis eius sperabis.

Scuto circundabit te veritas eius :
non timebis à timore nocturno.
A sagitta volante in die , à negotio
perambulante in tenebris: ab in-
cursu & dæmonio meridiano.

Quoniam angelis suis D E v s man-
dauit de te :vt custodiāt te in om-
nibus vijs tuis.

In manibus portabūt te:ne fortè of-
fendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem & basiliscum ambu-
labis: & conculcabis leonem &
draconem.

Quia non relinquet Dominus vir-
gam peccatorū super fortē iu-
storum :

ſtorum: ut non extendant iusti ad
iniquitatem manus suas.

Montes in circuitu eorū: & Domi-
nus in circuitu populi ſui, ex hoc
nunc & vſq; in ſeculum.

Declinantes autem in obligationes
adducet Dominus cum operan-
tibus iniquitatē: pax ſuper Israel.

Ecce quam bonum & quam iucun-
dum: habitare fratres in viuum.

Quoniam illic mandauit Dominus
benedictionem: & vitam vſq; in
ſeculum.

Benedic Domine bonis: & rectis
corde.

Ecce nūc benedicte Domino: om-
nes ferui Domini.

Qui statis in domo Domini: in atrijs
domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras
in sancta: & benedicte Domino.

Gloria Patri.

PSALMVS V.

Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.
Apprehedite disciplinam, ne quando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui ira eius: beatи omnes qui confidunt in eo.
Filij hominum usquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?
Sacrificate sacrificium iustitiae : & sperate in Domino.
Dominus est terra & plenitudo eius: orbis terrarum , & vniuersi qui habitant in eo.
Quis habitabit in tabernaculo Domini? aut quis requiescet in monte sancto eius?
Innocens manibus, & mundo corde : qui non accepit in vano ani-

mam

imam suam , nec iurauit in dolo proximo suo.

Qui ingreditur sine macula : & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo : qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum : & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Qui facit hæc : non commouebitur in æternum.

Hic accipiet benedictionem à Dominō : & misericordiam à D E O salutari suo.

Hæc est generatio quærentiū eum : quærentium faciem DEI Iacob.

Misit Dominus de summo & accepit me : & assumpſit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me :

quoniam confortati sunt super
me.

Quia custodiui vias Domini : nec
impiè gessi à D e o meo.

Quoniā omnia iudicia eius in con-
spectu meo : & iusticias eius non
repuli à me.

Et ero immaculatus cum eo : & ob-
seruabo me ab iniuitate mea.

Et retribuet mihi Dominus secun-
dum iustitiam meam : & secun-
dum puritatem manuum mea-
rum in cōspectu oculorum eius.

Quia signatum est super nos lumen
vultus tui Domine : dedisti læti-
tiam in corde meo.

In pace in idipsum: dormiam & re-
quiescam.

Quoniam tu Domine singulariter
in spe: constituisti me.

Gloria Patri.

Sicut erat.

Voce

P S A L M V S VI.

V Oce mea ad Dominum clama-
ui : voce mea ad Dominum
deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius oratio-
nem meam : & tribulationem
meam ante ipsum pronuncio.

In deficiēdo ex me spiritum meum :
& tu cognouisti semitas meas.

Periit fuga à me : & non est qui re-
quirat animam meam.

Clamaui ad te Domine , dixi tu es
spes mea : portio mea in terra vi-
uentium.

Auditam fac mihi manē misericor-
diam tuam : quia in te sperauit.

Notā fac mihi viam in qua ambulē :
quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine
ad te configi: doce me facere vo-
luntatem tuam , quia D E V S me-
us es tu.

Spiritus tuus bonus dducet me in
terram rectam : propter nomen
tuum Domine vivificabis me in
æquitate tua.

Educes de tribulatione anima mea :
& in misericordia tua disper-
des omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant ani-
mam meam : quoniam ego ser-
uus tuus sum.

Benedictus Dominus Deus meus,
qui docet manus meas ad præli-
um : & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea & refugium me-
um : susceptor meus & liberator
meus.

Protector meus, & in ipso speravi:
qui subdit populum meum sub
me.

Domine quid est homo quia inno-
tuisti ei ? aut filius hominis, quia
reputas eum?

Homo

Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut umbra prætereunt.

Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.

Iustus Dominus in omnibus vijs suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperseret.

Alleuat Dominus omnes qui corrunt: & erigit omnes elisos.

Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos, Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet.

Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Regnabit Dominus in secula, Deus tuus Sion: in generatione & generationem.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S VII.

LAUDATE nomen Domini: laudate serui Dominum.

Laudate Dominum quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suave est.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psalam Deo meo quam diu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominum in quibus non est salus.

Nolite

Nolite sperare in iniuitate, & rapi-
nas nolite concupiscere: diuitiæ
si affluant, nolite cor apponere.

Oculi omnium in te sperant Domi-
ne: & tu das escam illorū in tem-
pore oportuno.

Aperis tu manum tuam: & imples
omne animal benedictione.

Beatus cuius D E v s Iacob adiutor
eius: spes eius in Domino Deo ip-
suis, qui fecit cælum & terram,
mare & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculum,
facit iudicium omnibus iniuriam
patientibus: dat escam esurien-
tibus.

Magnus Dominus noster & magna
virtus eius: & sapientiæ eius non
est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus:
humilians autem peccatores usq;
ad terram.

Non in fortitudine equi volūtatem
habebit : nec in tibijs viri bene-
placitum erit ei.

Beneplacitum est Domino superti-
mentes eum: & in eis qui sperant
super misericordia eius.

Laudate Dominum , quoniam bo-
nus est: psalmus Deo nostro, sit
iucunda decoraq; laudatio.

Laudate Dominum de cœlis: lauda-
te eum in excelsis.

Laudate eū omnes angeli eius : lau-
date eum omnes virtutes eius.

Iuuenes & virginis , senes cum iu-
nioribus laudent nomen Domi-
ni : quia exaltatum est nomen
eius solius.

Confessio eius super cœlum & ter-
rā: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius : fi-
liis Israel, populo appropinquan-
ti sibi.

Lau-

Laudent nomen eius in choro : in
tympano & psalterio psallant ei.

Cantate Domino canticum nouum :
laus eius in Ecclesia sanctorum.

Quia bene placitum est Domino in
populo suo : & exaltauit man-
fuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria : læta-
buntur in cubilibus suis.

Laudate Dominum in sanctis eius :
laudate eum in firmamento vir-
tutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: lau-
date eum secundum multitudi-
nem magnitudinis eius.

Laudate eum in cymbalis bene so-
nantibus: laudate eum in cym-
balis iubilationis , omnis spiritus
laudet Dominum.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui
sancto.

Sicut erat.

Princeps glorioſiſime Micha-
el Archangele cum toto beatorum
ſpirituum Choro, esto memor nostri,
hic & ubiqꝫ ſemper precare pro no-
bis Filium D E I.



LITA-

LITANIÆ DE ANGELIS SAN- CTIS.

* *

*

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie cleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Devs, Miserere nobis.

Fili redemptor mūdi Devs, misere-
re nobis.

Spiritus sancte Devs, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Devs, misere-
re nobis.

Sancta MARIA,

Sancta Deigenitrix.

Sancta virgo virginum,

} Ora pro
nobis.

Sancte

Sancte Michael, qui populo Dei semper defensor fuisti,

Sacete Michael qui Luciferum cum cōplicibus rebelibus de celo deturbasti,

Sancte Michael, qui accusatorem fratrum nostrorum in profundum inferni deieciisti.

Sancte Gabriel, qui Danieli diuinam visionem parafecisti.

Sancte Gabriel, qui Ioañis Baptistæ ortum & ministerium prænunciasti,

Sancte Gabriel, qui incarnationis verbi diuini nuncius extitisti.

Sancte Raphael, qui Tobiam saluum duxisti, & reduxisti.

Ora pro nobis.

San-

Sancte Raphael, qui dæmonium à Sara depulisti. Ora pro
Sancte Raphael, qui Tobiā seniorem illuminasti. nobis.

SANCTI ANGELI,

Qui super Dei solium excelsum & eleuatum statis,

Qui iugiter Deo sanctus, sanctus, sanctus, concinatis.

Qui discussis tenebris mentem nostram illuminatis,

Qui diuina hominibus nunciatis.

Qui hominum custodiam à Deo accepistis.

Qui semper faciem Patris qui in cœlis est videtis.

Qui super uno peccatore

Orate
pro no-
bis.

pœ-

- pœnitentiam agente
gaudetis
Qui Sodomitas cæcitate
percussistis.
Qui Loth de medio pecca-
torum eduxistis.
Qui per scalā Jacob ascen-
distis & descendistis,
Qui in monte Sina diuinā
legem Moysis tradidistis
Qui Christo nato gaudium
hominibus aūunciaſtis, Ora te
nobis.
Qui Christo in deserto mi-
nistraſtis.
Qui Lazarū in ſinum Abra-
hæ deportaſtis,
Qui iuxta Christi ſepulch-
rum in albis ſediſtis,
Qui Christo in cœlum a-
ſcendente, eius discipu-
lis apparuifit,
Qui Christum ad iudicium

ven-

- venturum cum signo
crucis præcedetis,
 Qui electos in fine seculi
congregaturi estis,
 Qui de Christi regno om-
nia scandala colligetis.
 Qui malos de medio iusto-
rum separabitis.
 Qui orantium preces ad
D E V M defertis.
 Qui morientibus assistitis,
 Qui animas iustorum ab om-
ni labe purgatas, ad cœ-
lum deducitis,
 Qui prodigia & miracula
virtute DEI perpetratis.
 Qui hæreditatē salutis ca-
pientibus in ministeri-
um mittimini.
 Qui Babylonem curatis, &
nolētem curari migran-
do deseritis,

Orate p
nobis.

Qui

Qui super regna & prouincias constituti estis,

Qui hostium exercitus saepe dissipastis.

Qui Dei famulos ex carceribus, & alijs vite periculis saepe liberauitis,

Qui sanctis martyribus in tormentis saepe solatio fuistis,

Qui Ecclesiæ Prælatos & Principes eiusdē nutritios peculiari cura fouere soletis,

Omnes sancti beatorum spirituum ordines,

A cunctis periculis, per sanctos Angelos tuos,

Ab insidijs diaboli,

Ab omni haeresi & schismate,

A peste, fame & bello,

Orate
pro no-
bis.

Libera
nos Do-
mine.

A sub-

A subitanea & improuisa morte,
Libera nos Domine.

A morte perpetua, Libera nos Dñe.

Peccatores,

Per sanctos Angelos tuos,

Vt nobis parcas,

Vt nobis indulgeas,

Vt Ecclesiam tuam sanctam
regere & cōseruare dign-
eris.

Vt dominum Apostolicum
& omnes Ecclesiasticos
ordines protegere dign-
eris,

Vt Imperatori nostro, Re-
gibus & omnibus prin-
cipibus Christianis pa-
cem & unitatem largiri
digneris,

Vt fructus terræ dare & cō-
seruare digneris,

Vt omnib⁹ fidelibus defū-

Teroga-
mus au-
di nos.

etis

Etis requiem æternam donare di-
gneris, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrie eleison,

Christeeleison,

Kyrie eleison,

Pater noster,

¶ Et ne nos inducas, &c.

¶ Sed libera nos à malo.

Confitebor tibi Domine in toto
corde meo : quoniam audi-
sti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam
tibi

tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteatur tibi Domine omnes reges terrae: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs Domini: quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dexteratua.

Domi-

Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in seculum : opera manuum tuarum ne despicias.

Gloria Patri, &c.

Sicut erat.

¶ Laudate Dominum omnes Angeli eius,

¶ Laudate eum omnes virtutes eius.

¶ Benedicite Domino omnes virtutes eius,

¶ Ministri eius qui facitis voluntatem eius

¶ Angelis suis Deus mandauit de te.

¶ Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

¶ Domine exaudi orationem meam,

¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

BEATI Archangeli tui M I C H A E L I S commemoratione lætantes, supplices te Domine deprecamur : ut quod nostris meritis non valemus, eius intercessione conse quamur.

Grati-

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui angelo nunciante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Deus qui per Angelum Rapha-
elem vtrumq; Tobiam à cun-
ctis liberasti periculis, præsta quæ-
sumus, ut eodem pro nobis inter-
cedente angelico suffragio, ab om-
nibus nos mentis & corporis ho-
stibus tuearis, & ad patriam perdu-
cas æternam.

Omnipotēs & misericors Deus
qui nos angelica custodia mu-
nire dignatus es, cōcede quæsumus
vt tanta protectione securi, & à pra-
uis cogitationibus liberemur in-

men-

mente , & ab omnibus aduersitatis
bus eruamur in corpore.

Exaudi nos Domine sancte Pa-
ter, omnipotens æterne Deus,
& mirtere digneris sanctum An-
num tuum de cælis , qui custodiat ,
foueat, protegat, visitet, atque de-
fendat omnes habitantes in hoc ha-
bitaculo.


Deus qui miro ordine Angelo-
rum ministeria hominumque
dispensas concede propitius , vt
quibus tibi ministrantibus in cœlo
semper assistitur, ab his in terra vita
nostra muniatur.

Visita quæsumus Domine habi-
tationem istam, & omnes insi-
dias inimici ab ea longe repelle ,
Angeli tui sancti habitent in ea, qui
nos in pace custodiant , & benedi-
ctio tua sit super nos semper, Per

Domi-

Dominum nostrū Iesum Christum
filium tuum, qui tecum viuit & reg-
nat in unitate Spiritus sancti Deus,
per omnia secula seculorum, Amen

¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.
¶ Benedicamus Domino,
¶ Deo gratias.
Et fidelium animæ per misericordiam Dei
requiescant in pace.
Amen.



G PSAL

PSALMODIA SA-
CRA, FERIÆ
QVINTÆ.

Ant. *O sacram conuiuium.*

PSALMVS I.



ENITE exultemus
Domino : iubilemus
Deo salutari nostro.
Afferte Domino pa-
triæ gentium : afferte Domino
gloriam nomini eius.

Annunciate inter gentes gloriam
eius : in omnibus populis mira-
bilia eius.

Præoccupemus faciem eius in con-
fessione : & in psalmis iuble-
mus ei.

Quoniam magnus dominus, & lau-
dabi-

dabilis nimis : terribilis est super omnes D E O S .

Cominoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia Dominus regnauit.

Venite adoremus , & procidamus , & ploremus ante Dominum: qui fecit nos.

Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ eius, & oves manus eius.

Confessio & pulchritudo in cōspicitu eius: sanctimonia & magnificientia in sanctificatione eius.

Cantate Domino & benedicte nomini eius : annunciate de die in diem salutare eius.

Quoniam D E V S magnus Dòminus: & rex magnus super omnem terram.

Cantate Domino canticum nouum : cantate Domino omnis terra.

Quoniam Dñs in Sion magnus: &
excelsus super omnes populos.

Exaltate Dominum DĒVM nostrum:
& adorate in monte sancto eius:
quoniam sanctus Dominus DĒVS
noster.

Iubilate D E O omnis terra : seruite
Domino in lætitia.

Hodie si vocem eius audieritis: no-
lite obdurare corda vestra.

Scitote quoniam Dominus ipse est
DĒVS: ipse fecit nos, & nō ipsi nos.
Populus eius, & oves pascuæ eius:
introite portas eius in confessio-
ne, atria eius in hymnis confite-
mini illi.

Cantate Domino canticum nouum:
quia mirabilia fecit.

Saluavit sibi dextera eius: & brachi-
um sanctum eius.

Iubilate D E O omnis terra : cantate
& exultate, & psallite.

Lauda-

Laudate nomen eius quoniam suauis est Dominus: in æternum misericordia eius, & usque in generationem & generationem veritas eius.

Iubilate in conspectu regis Domini, moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo.

Quoniam viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in æquitate.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS II.

QVAM bonus Israel Deus: his qui recto sunt corde.

Exultent & letentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Quia inflammatum est cor meum :
& renes mei commutati sunt.

Et ego ad nihilum redactus sum : &
nesciui.

Vt iumentum factus sum apud te :
& ego semper tecum.

In te confirmatus sum ex utero : de
ventre matris meæ tu es protec
tor meus.

Tenuisti manum dexteram meam
& in voluntate tua deduxisti me:
& cum gloria suscepisti me.

Memor fui operum Domini : quia
memor ero ab initio mirabilium
tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus
tuis : & in adiunctionibus tuis
exercebor.

Et meditatus sum nocte cum corde
meo: & exercitabor & scopebam
spiritum meum.

Et

Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dex-
teræ excelsi.

Voce mea ad Dominum clamaui:
voce mea ad D E V M , & intendit
mihi.

In die tribulationis meæ D E V M ex-
quisiui manib⁹ meis, nocte con-
tra eum: & non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea : me-
mor fui D E I , & delectatus sum,
& exercitatus, & defecit spiritus
meus.

Quid enim mihi est in cœlo ? & à te
quid volui super terram?

Defecit caro mea & cor meum: D E-
V S cordis mei, & pars mea, D E V S
in æternum.

Quam dilecta tabernacula tua Dñe
virtutum : concupiscit & deficit
anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea : exultaue-
runt in D E V M viuum.

Quia ecce qui elongant se à te peri-
bunt: perdidisti omnes qui forni-
cantur ab te.

Mihi autem adhærere D E O bonum
est: ponere in Domino D E O spem
meam.

Vt annunciem omnes prædicatio-
nes tuas: in portis filiæ Sion.

Benedictus Dominus D E V S Israel:
qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nōmē maiestatis ei-
us in æternum: & replebitur ma-
iestate eius omnis terra fiat fiat.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS III.

Confitemini Domino quoniam
bonus: quoniam in seculum
misericordia eius.

Confitemini Domino & inuocate
nomen eius: annunciate inter
gentes opera eius.

Quis

Quis loquetur potentias Domini :
auditæ faciet omnes laudes eius?
Dicant nunc qui redempti sunt à
Domino: quos redemit de manu
inimici , & de regionibus con-
gregauit eos.

Confiteantur Domino misericor-
diæ eius : & mirabilia eius filijs
hominum.

Quia satiauit animam inanē: & ani-
mam esurientem satiauit bonis.

Paratum cor meum Devs, paratum
cor meum: cantabo & psallam in
gloria mea.

Quia magna est super cœlos miseri-
cordia tua : & usque ad nubes ve-
ritas tua.

Exaltare super cœlos D E V S & super
omnem terram gloria tua : vt li-
berentur dilecti tui.

D a nobis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis.

Dominus scit cogitationes homini-
num: quoniam vanæ sunt.

In D e o faciemus virtutem : & ipse
ad nihilum deducet inimicos no-
stros.

Quærите Dominum & confirmami-
ni: quærrite faciem eius semper.
Cantate ei & psallite ei : narrate
omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sancto ei^o: le-
tetur cor quærétium Dominum.
Memétote mirabilia eiusquæ fecit:
prodigia eius & iudicia oris eius:
Ipse Dominus D e v s noster: in vni-
uersa terra iudicia eius.

Memor fuit in seculum testamenti
sui: verbi quod mandauit in mille
generaciones.

Beati qui custodiunt iudicium: & fa-
ciunt iustitiam in omni tempore.

Vt custodiant iustificationes eius: &
legem eius requirant.

Me-

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.

Ad vidēdum in bonitate electorum tuorum : ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua.

Domine filij seruorum tuorum habitabunt : & semen eorum in seculum dirigetur.

Deduxisti eos in viam rectam : vt irent in ciuitatem habitationis.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S I V .

B Enedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea DOMINO : &
noli

noli obliuisci omnes retribūtio-
nes eius.

Qui propitiatur omnibus iniquita-
tibus tuis: qui sanat omnes infir-
mitates tuas.

Qui redimit de interitu vitā tuām:
qui coronat te in misericordia &
miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tu-
um: renouabitur ut aquile iuuen-
tus tua.

Faciens misericordias Dominus: &
iudicium omnibus iniuriam pa-
tientibus.

Miserator & misericors D O M I-
N V S: longanimis & multum mi-
sericors.

Non in perpetuum irascetur: neq;
in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit
nobis: neq; secundum iniquita-
tes nostras retribuit nobis.

Quo-

Quoniam secūdum altitudinem cę-
li à terra : corroborauit miseri-
cordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidēte :
longè fecit à nobis iniquitates
nostras.

Quoniam misericordia Domini ab
æterno: & usq; in æternum super
timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum: his
qui seruant testamentum eius.

Quomodo miseretur pater filiorum
misertus est Dominus timētibus
se : quoniam ipse cognouit fig-
mentum nostrum.

Recordatus est quoniam puluis su-
mus: homo sicut fœnum dies ei⁹,
tanquam flos agri sic efflorebit.

Dominus in cœlo parauit sedem su-
am : & regnum ipsius omnibus
dominabitur.

Benedicite Domino omnia opera
eius:

cius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Benedicite D O M I N O omnia opera eius : in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.

Benedic anima mea Domino : Domine D E V S meus magnificatus es vehementer.

Confessionem & decorem induisti : amictus lumine sicut vestimento.

Quam magnifica sunt opera tua D O M I N E : omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.

Sit gloria Domini in seculum: lætabitur Dominus in operibus suis.

Cantabo Domino in vita mea: psalam D E O meo quam diu sum.

Iucundum sit ei eloquium meum : ego verò delectabor in te D O M I N E.

Defi-

Deficiant peccatores à terra & ini-
qui ita vt non sint , benedic ani-
ma mea Domino.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S V.

DEVS D E V S meus: ad te de lu-
ce vigilo.

Sitiuit in te anima mea : quam mul-
tipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia & in aquosa
sic in sancto apparui tibi: vt vide-
rem virtutem tuam , & gloriam
tuam.

Quoniam melior est misericordia
tua super vitas : labia mea lauda-
bunt te.

Sic benedicā te in vita mea: & in no-
mine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe& pinguedine repleteatur
anima mea: & labijs exultationis
laudabit os meum.

Sic

Sic memor fui tui superstratum meum : in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea poste: me suscepit dexteratua.

Exaudi nos D E V S salutaris noster : spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Probasti nos D E V S : igne nos examinasti, sicut examinatur argētum.

Induxisti nos in laqueum : posuisti tribulationes in dorso nostro : imposuisti homines super capita nostra.

Transiuiimus per ignem & aquam : & eduxisti nos in refrigerium.

Verba iniquorum præualuerunt super nos : & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Memor esto congregationis tuæ : quam possedisti ab initio.

Nos

Nos enim populus tu^o, & oves pas-
cuæ tuæ: confitebimur tibi in se-
culum.

In generatione & generationem:
annunciabimus laudem tuam.

Lætabitur iustus in Domino, & spe-
rabit in eo : & laudabuntur om-
nes recti corde.

Quoniam D E V S rex noster ante se-
cula: operatus est salutem in me-
dio terræ.

Qui dominatur in virtute sua in æ-
ternum : oculi eius super gentes
respiciunt, qui exasperant , non
exalentur in semetipsis.

Viri sanguinum & dolosi non dimi-
diabunt dies suos: ego autem spe-
rabo in te Domine.

Semel locutus est D E V S, duo hęc au-
diui: quia potestas DEI est, & tibi
Dñe misericordia, quia tu reddes
vnicuiq; iuxta opera sua.

Beatus

Beatus quem elegisti & assumpsisti:
inhabitabit in atrijs tuis.

Beati qui habitant in domo tua Do-
mine : in secula seculorum lau-
dabunt te.

Replebimur in bonis domus tuæ:
sanctum est templum tuum, mi-
rabile in æquitate.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S VI.

QVAM magna multitudo dulce-
dinis tuæ Domine : quam
abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperât in te : à con-
spectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei
tuæ : à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo : à
contradictione linguarum.

Domine in cœlo misericordia tua :
& veritas tua vñq; ad nubes.

Iusti-

Iustitia tua sicut montes DEI: iudicia tua abyssus multa.

Homines & iumenta faluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam DEVS.

Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Quoniam apud est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.

Prætende misericordiam tuam scientibus te: & iustitiam tuam his, qui recto sunt corde.

Beata gens cuius est Dominus DEVS eius: populus quem elegit in hæreditatem sibi.

Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi, in ciuitate munita.

Magnificate Dominum mecum: &

ex-

exaltemus nomē eius in id ipsum.
Exultate iusti in Domino: rectos de-
cet collaudatio.

Diligite Dominum omnes sancti ei-
quoniam veritatem requiret Do-
minus: & retribuet abundanter
facientibus superbiam.

Lætamini in Dño & exultate iusti: &
gloriamini omnes recti corde.

Cantate ei canticum nouum : benè
psallite ei in vociferatione.

Accedite ad eum & illuminamini: &
facies vestræ non confundentur.

Gustate & videte quoniam suavis
est Dominus : beatus vir qui spe-
rat in eo.

Timete Dominum omnes sancti ei-
us : quoniam non est in opia ti-
mentibus eum.

Viriliter agite & confortetur cor
vestrum : omnes qui speratis in
Domino.

Diui-

Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

Fiat misericordia tua Domine super nos : quemadmodum sperauimus in te.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS VII.

D OMINVS pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Dominus regit me, & nihil mihi derit: in loco paucæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiæ : propter nomen suum.

Domi-

Dominus illuminatio mea & salus
mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ : à
quo trepidabo?

Nam et si ambulauero in medio vim-
bræ mortis : non timebo mala,
quoniam tu tecum es.

Si consistant aduersum me castra :
non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium :
in hoc ego sperabo.

Qui tribulant me inimici mei : ipsi
infirmati sunt, & ceciderunt.

Virga tua Domine, & baculus tuus :
ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam :
aduersus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: &
calix meus inebrians quām præ-
clarus est.

Et misericordia tua subsequetur me:
omnibus diebus vitæ meæ.

Vnam

Vnam petij à Domino , hanc requi-
ram : vt inhabitem in domo Dñi
omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluntatem Domini : &
visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in taberna-
culo suo , in die malorum : pro-
texit me in abscondito taberna-
culi sui.

In petra exaltauit me : & nunc exal-
tauit caput meum super inimicos
meos.

Circuiui & immolaui in taberna-
culo eius hostiam vociferationis:
cantabo & psalmum dicam Do-
mino.

Quoniam respexisti humilitatē me-
am Domine: saluasti de necessi-
tatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus ini-
mici: statuisti in loco spatiose pe-
des meos.

Et

Et ego apparebo conspectui tuo
Domine: satiabor cum apparuerit gloria tua.

Exquisiui Dominum, & exaudiuit
me: & ex omnibus tribulationi-
bus meis eripuit me.

Gloria Patri.

Sicut erat.

O sacrum conuiuum in quo
CHRISTVS sumitur, recolitur
memoria passionis eius, mens imple-
tur gratia, & futurae gloriae nobis
pignus datur.

¶ ¶

¶

L I T A

LITANIAE DE VE-
NERABILI SA-
CRA MEN-
TO.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere
nobis.

Fili redemptor mundi Deus, misere-
re nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, misere-
re nobis.

Panis viuuus qui de cœlo
descendisti,

Deus absconditus & Sal-
uator,

Miserere
nobis.

Frumentum electorum,
Vinum germinans vir-
gines,

Panis pinguis, & delitiæ
regum,

Iuge sacrificium,

Oblatio munda,

Agnus absq; macula,

Mensa purissima,

Angelorum esca,

Manna absconditum,

Memoria mirabilium DEI,

Panis supersubstantialis,

Verbum caro factum,

Habitans in nobis,

Hostia sancta,

Calix benedictionis,

Mysterium fidei,

Præcelfsum & venerabile

Sacramentum,

Sacrificium omnium san-

ctissimum,

} Miserere
nobis.

} Miserere
nobis.

Verè

Verè propitiatorium pro
viuis & defunctis,

Cœleste antidotum quo
à peccatis præserua-
mur.

Stupendum supra omnia
miraculum,

Sacratissima Dominicæ
passionis commemo-
ratio,

Donum transcendens om-
nem plenitudinem, Miserere
nobis.

Memoriale præcipuum di-
uini amoris,

Diuinæ affluentia largi-
tatis,

Sacrosanctum & augustis-
simum mysterium.

Pharmacum immortalis-
tatis,

Tremendum ac viuificum
Sacramentum,

Panis omnipotentia verbi
caro factus,
Incruentum sacrificium,
Cibus & conuiua,
Dulcissimum conuiuum,
cui assistunt Angeli mi-
nistrantes,
Sacramentum pietatis,
Vinculum charitatis,
Offerens & oblatio,
Spiritualis dulcedo in pro-
prio fonte degustata,
Refectio animarum san-
ctarum,
Viaticum in Domino mo-
rientium,
Pignus futuræ gloriæ,
Propitius esto, Parce nobis Dñe.
Propitius esto, Exaudi nos Dñe.
Ab indigna corporis & sangu-
inis tui susceptione, Libera
nos Domine.

Miserere
nobis.

A con-

A concupiscentia carnis,
A concupiscentia oculo-
rum,

A superbia vitæ,
Ab omni peccandi occa-
sione.

Per desiderium illud quo
hoc pascha cum disci-
pulis manducare desi-
derasti,

Per summam humilitatem
qua discipulorum pedes
lauisti,

Per ardentissimam chari-
tatem qua hoc diuinum
Sacramentum institui-
sti.

Per sanguinem tuum pre-
iosum quem nobis in
Altari reliquisti.

Per quinque vulnera huius
tui Corporis sacratissi-

Libera
nos Do-
mine.

mi quæ pro nobis suscepisti,
Liberanos Domine.

Peccatores, Terogamus
audi nos.

Vt nobis fidem, reuerenti-
am & deuotionem huius
admirabilis Sacramenti
augere & conseruare di-
gnaris,

Vt ad frequentem usum
Eucharistiae per ve-
ram peccatorum con-
fessionem nos perdu-
cere dignaris,

Vt nos ab omni heresi, per-
fidia, ac cordis cæcitate
liberare dignaris,

Vt sanctissimi huius Sacra-
menti preciosos & cœ-
lestes fructus nobis im-
partiri dignaris,

Vt in hora mortis nostræ

Teroga-
mus au-
di nos.

hoc

hoc cœlesti viatico nos
confortare & munire
digneris,

Teroga-
mus au-
di nos.

Fili D E I,

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis.

Christe audi nos,
Christe exaudi nos,

Kyrieleison,
Christeeleison,

Kyrieleison,
Pater noster,

¶ Et ne nos inducas, &c.

¶ Sed libera nos à malo.

Dominus regit me & nihil mihi
deerit: in loco pascuæ ibi me
collocauit.

Super aquam refectionis educauit
me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitiae:
propter nomen suum,
Nam & si ambulauero in medio um-
bræ mortis , non timebo mala:
quoniam tu tecum es.
Virga tua & baculus tuus : ipsa me
consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam:
aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: &
calix meus inebrians quam præ-
clarus est.
Et misericordia tua subsequetur me:
omnibus diebus vitæ meæ.
Et ut in habitem in domo Domini:
in longitudinem dierum.
Gloria Patri.

¶ Memoriam fecit mirabilium suorum
misericors & miserator Dominus,
¶ Escam dedit timentibus se.

¶ Pa-

- ¶ Panem de cœlo præstitisti nobis Dñe,
 & Omne delectamentum in se habentem.
 ¶ Ex altari tuo Domine Christum sumimus,
 In quem cor & caro nostra exultant.
 ¶ Domine exaudi orationem meam.
 & Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Domine IESV CHRISTE Fili
 DEI viui, qui ex voluntate Pa-
 tris, cooperante Spiritu sancto, per
 mortem tuam mundum viuificasti,
 libera nos per tremendum corporis
 & sanguinis tui Sacramentum ab
 omnibus iniuritatibus nostris &
 vniuersis malis, & fac nos tuis inhæ-
 rere mandatis, & à te nunquam se-
 parari permittas.

Exaudi nos DVS salutaris no-
 ster, vt per sacrosancta myste-
 ria corporis & sanguinis vnigeniti
 filij tui, à cunctis nos mentis & cor-

H s poris

poris hostibus tuearis : gratiam tri-
buens in præsenti , & gloriam in fu-
turo.

Propitiare Domine supplica-
tionibus nostris , & animarum
nostrarum medere languoribus , vt
remissione percepta , in tua semper
benedictione lætemur.

Deus qui nobis sub sacramento
mirabili passionis tuæ memo-
riam reliquisti , tribue quæsumus ita
nos corporis & sanguinis tui sacra
mysteria venerari , vt redemptionis
tuæ fructum in nobis iugiter sentia-
mus.

In mentibus nostris quæsumus
DOMINE veræ fidei sacramenta
confirma , vt qui conceptum de vir-
gine D E V M verum & hominem
confitemur , per eius salutiferæ re-
sur-


surrectionis potentiam ad æternam
miseremur peruenire lætitiam.

DE V S qui diligentibus te bo-
na inuisibilia præparasti , in-
funde cordibus nostris tui amoris
affectionem , vt te in omnibus & super
omnia diligentes , promissiones tu-
as , quæ omne desiderium superant ,
consequamur.

DE V S qui nos ad imaginem
tuam sacramentis renouas &
præceptis , perfice gressus nostros
in semitis tuis , & charitatis tuæ do-
num , quod fecisti à nobis sperari ,
per tuam clementiam efficaciter fa-
cias apprehendi . Per Dominum no-
strum Iesum Christum filium tu-
um , qui tecum viuit & regnat in
vnitate Spiritus sancti D e v s ,
per omnia secula seculo-
rum , Amen.

Domi-

¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.
¶ Benedicamus Domino,
¶ Deo gratias.
Fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace.
Amen.



LITA.

PSALMODIA SA-
CRA, FERIÆ
SEXTAE.

Ant. *Humiliauit semetipsum.*

P S A L M V S I.



E v s in adiutorium
meum intende : Do-
mine ad adiuuandum
me festina.

Ego enim egenus sum & pauper :
De v s adiuua me.

Confundantur & reuereantur : qui
quærunt animam meam.

D e v s meus eripe me de manu pec-
catoris: & de manu contra legem
agentis & iniqui.

Auertantur retrorsum & erubes-
cant: qui volunt mihi mala.

Ne proijcias me in tempore sene-
ctutis:

ctutis : cum defecerit virtus mea
ne derelinquas me ,

Quoniam tu es patientia mea Do-
mine : Domine spes mea à iuuen-
tute mea .

Ego sum pauper & dolens : salus tua
D E V S , suscepit me .

D E V S ne elongeris à me : D E V S me-
us in auxilium meum respice .

In multitudine misericordiae tuæ
Domine : exaudi me in veritate
salutis tuæ .

Adiutor meus & liberator meus es
tu : Domine ne moreris .

Eripe me de luto , ut non infigar : li-
bera me ab his , qui oderunt me ,
& de profundis aquarum .

Non me deimergat tempestas aquæ
néq ; absorbeat me profūdū : néq ;
vrgcat super me puteus os suum .

Exaudi me Domine quoniam beni-
gna est misericordia tua : secun-
dum

dum multitudinē miserationum
tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puerō
tuo, quoniam tribulor: velociter
exaudi me.

Intende animæ meæ & libera eam:
propter inimicos meos eripe me.
Confundantur & deficiant detra-
hentes animæ meæ: operiantur
confusione & pudore, qui quæ-
runt mala mihi.

Ego autem semper sperabo: & adij-
ciam super omnem laudē tuam.

D e v s docuisti me à iuuentute mea:
& vsq; nunc, pronunciabo mira-
bilia tua.

Et vsq; in senectam & senium: D e-
v s ne derelinquas me.

Quantas ostendisti mihi tribulatio-
nes mūltas & malas, & conuersus
viuificasti me: & de abyssis terræ
iterum reduxisti me.

Mul-

Multiplica sti magnificientiam tuam:
& conuersus consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatem tuam D E V S :
psallam tibi in cithara sanctus Is-
rael.

Exultabunt labia mea cum canta-
uero tibi : & anima mea, quam
redemisti.

Sed & lingua mea tota die medita-
bitur iustitiam tuam : cum con-
fusi & reueriti fuerint, qui quæ-
runt mala mihi. Gloria Patri.

P S A L M V S II.

Miserere mei Domine quoniam
tribulor : quoniam defecit
in dolore vita mea, & anni mei in
gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus
mea: & ossa mea conturbata sunt.

Aruit tanquam testa virtus mea : &
lingua mea adhæsit faucibus me-

is,

is , & in puluerem mortis deduxisti me.

Disciplina tua Domine correxit me
in finem : & disciplina tua ipsa me
docebit.

Domine ne elongaueris auxilium
tuum à me : ad defensionem me-
am conspice.

Dilatasti gressus meos subtus me : &
non sunt infirmata vestigia mea.

Narrabo nomen tuū fratribus meis:
in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis D E V M laudate eum :
vniuersum semen Iacob glorifi-
cate eum.

Timeat cum omne semen Israel :
quoniam non spreuit , neq; de-
spexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam à me : &
cum clamarem ad eum exaudiuit
me.

Persequar inimicos meos , & com-

præ-

præhendam illos: & non conuer-
tar, donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt sta-
re: cadent subtus pedes meos.

Viuit Dñs, & benedictus Deus meo:
& exaltetur Deus salutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & sub-
dis populos sub me: liberator
meus, de inimicis meis.

Ab insurgentibus in me exaltabis
me: à viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in natio-
nibus Domine: & nomini tuo
psalmum dicam.

Exaudi Domine vocem meam qua-
clamaui ad te: miserere mei &
exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisuit te
facies mea: faciem tuam Domi-
ne requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: & ne
declines in ira à seruo tuo.

Adu-

Adiutor meus esto, ne derelinquas
me: neq; despicias me Deus fa-
lutaris meus.

Legem pone mihi Dñe in via tua: &
dirige me in semitā rectam pro-
pter inimicos meos.

Ne tradas me in animas tribulanti-
um me: quoniam infurrexerunt
in me testes iniqui, & mentita est
iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini: in terra
viuentium.

Exspecta Dominum, viriliter age: &
confortetur cor tuum, & sustine
Dominum.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS III.

AD te Domine clamabo, Deus
meus ne sileas à me: ne quan-
do taceas à me, & assimilabor de-
scendentibus in lacum.

Exau-

Exaudi Domine vocem deprecacionis meæ: dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Nesimul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Ne perdas cum impijs Deus anima meam: cum viris sanguinum vitam meam.

Esto mihi in Deum protectorem: & in domum refugij, ut saluum me facias.

In te Domine speravi non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In

In manus tuas commendo spiritum
meum : redemisti me Domine
Deus veritatis.

Iudica Domine nocentes me : ex-
pugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum: & ex-
urge in adiutorium mihi.

Effunde frameam , & conclude ad-
uersus eos , qui persequuntur
me : dic animæ meæ, salus tua ego
sum.

Confundantur & reuereantur: que-
rentes animam meam.

Auertantur retrosum : & confun-
dantur cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem
venti : & Angelus Domini coar-
ctans eos.

Fiant viæ illorum tenebræ & lubri-
cum : & Angelus Domini perse-
quens eos.

Anima autem mea exultabit in Do-
mino:

mino : & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent : Domine quis similis tibi ?

Eripiēs inopem de manu fortiorum eius : egenum & pauperem à diripientibus eum.

Multa flagella peccatoris : sperantem autem in Domino , misericordia circundabit.

Exurge intende iudicio meo Deus meus : & Dominus meus in causam meam.

Non supergaudeat mihi qui aduentantur mihi iniquè : qui oderunt me gratis & annuunt oculis.

Erubescant & reuereantur simul : qui gratulantur malis meis.

Vidisti Domine ne fileas : Domine ne discedas à me.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S I V.

Dominus in templo sancto suo:
Dominus in cœlo sedes eius.
Propter miseriam in opum, & gemitum pauperum : nunc exurgam
dicit Dominus.

Miserere mei Domine: vide humili-
tatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis :
ut annunciem omnes laudationes
tuas in portis filiæ Sion.

Vt quid Domine recessisti longè ?
despicis in oportunitatibus in
tribulatione.

Vsquequo Domine obliuisceris me
in finem ? vsquequo auertis faci-
em tuam à me ?

Vsquequo exaltabitur inimicus me-
us super me? respice & exaudi me
Domine Deus meus.

Exurge Dñe Deus, exaltetur manus
tua: ne obliuiscaris pauperum.

Tibi

Tibi derelictus est pauper : orpha-
no tu eris adiutor.

Desiderium pauperū exaudiuit Do-
minus : præparationem cordis
eorum audiuīt auris tua.

Dominus regnabit in æternum &
in seculum seculi : peribitis gen-
tes de terra illius.

Quoniam non in finem obliuio erit
pauperis : patientia pauperum
non peribit in finem.

Illumina oculos meos , ne vñquam
obdormiam in morte : ne quan-
do dicat inimicus meus, præualui
aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si mo-
tus fuero : ego autem in miseri-
cordia tua sperauī.

Exultabit cor meum in salutari tuo:
cantabo Domino, qui bona tri-
buit mihi, & psallam nomini Do-
mini altissimi.

Bene-

Benedicam Dominum , qui tribuit
mihi intellectum : insuper & vſq;
ad noctem increpauerunt me re-
nes mei .

Prouidebam Dominum in conspe-
ctu meo semper : quoniam à dex-
tris est mihi ne commouear .

Propter hoc lætatum est cor meum :
& exultauit lingua mea , insuper
& caro mea requiesceret in spe .

Quoniam non derelinques animam
meā in inferno : nec dabis factum
tuum videre corruptionem .

Notas mihi fecisti vias vitæ , adim-
plebis me lætitia cum vultu tuo :
delectationes in dextera tua vſq;
in finem .

Exaltare DOMINE in virtute tua :
cantabimus & psallemus virtutes
tuas .

Quoniam tu es qui extraxisti me de-
ventre spes mea , ab vberibus ma-

tris meæ : in te proiectus sum ex
vtero.

Et præcinxisti me virtute ad bellum:
& supplantasti insurgentes in me
subtus me.

De ventre matris meæ, D E V S meus
es tu : ne discesseris à me.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui
Sancto.

Sicut erat.

P S A L M V S V.

Domine ne in furore tuo argu-
as me : neque in ira tua corri-
pias me.

Quoniam circumdederunt me ma-
la, quorum non est numerus : cō-
præhenderunt me iniquitates
meæ , & non potui ut viderem.

Non est sanitas in carne mea à facie
iræ tuæ : non est pax ossibus meis
à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ super-
gressæ

gressæ sunt caput meum: & sicut
on⁹ graue grauate sunt super me.
Multiplicatæ sunt super capillos ca-
pitis mei : & cor meum dereli-
quit me.

Quoniam lumbi mei impleti sunt il-
lusionibus : & non est sanitas in
carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum ni-
mis : rugiebam à gemitu cordis
mei.

Saluum me fac D e v s : quoniam
intrauerunt aquæ usq; ad animam
meam.

Infixus sum in limo profundi: & non
est substantia.

Laboravi clamans, rauicæ factæ sunt
fauces meæ: defecerūt oculi mei,
dum spero in D e v m meum.

Veni in altitudinem maris : & tem-
pestas demersit me.

Multiplicati sunt super capillos ca-

pitis mei: qui oderunt me gratis.
 Tu autem Domine ne longè facias
 miserationes tuas à me : miseri-
 cordia tua & veritas tua semper
 susceperunt me.

Complaceat tibi Domine ut eruas
 me: Domine ad adiuuandum me
 respice.

Quoniam propter te sustinui op-
 probrium : operuit confusio fa-
 ciem meam.

In te Domine speravi : tu exaudies
 me Domine D E V S meus.

Quia ante te omne desiderium me-
 um : & gemitus meus à te non est
 absconditus.

Confundantur & reuereātur simul
 qui quærunt animam meam : vt
 auferant eam.

Conuertantur retrorsum & reuere-
 antur : qui volunt mihi mala.

Ferant confessim confusionem su-
 am:

am : qui dicunt mihi euge euge.
 Ab omnibus iniquitatibus meis e-
 rue me: amoue à me plagas tuas.
 Ne derelinquas me Domine D E V S
 meus: ne discesseris à me.
 Intende in adiutorium meum Do-
 mine: D E V S salutis meæ.
 Adiutor meus & protector meus es
 tu: ne tardaueris.
 Gloria Patri , & Filio, & Spiritui
 Sancto.
 Sicut erat.

P S A L M V S VI.

Domine quid multiplicati sunt
 qui tribulant me: multi in-
 surgunt aduersum me.
 Multi dicunt animæ meæ : non est
 salus ipsi in D E O eius.
 Tu autem Domine susceptor meus
 es : gloria mea & exaltans caput
 meum.
Verba mea auribus percipe Domi-

I 3 ne:

ne: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ : rex
meus & D e u s meus.

Mane astabo tibi & videobo : quoni-
am non D e u s volens iniquita-
tem tu es.

Neq; habitabit iuxta te malignus :
neq; permanebunt iniusti ante
oculos tuos.

Virum sanguinum & dolosum ab-
ominabitur Dominus : ego au-
tem in multitudine misericordiæ
tuæ.

Introibo in domum tuam : adorabo
ad templum sanctum tuum in ti-
more tuo.

Domine dñec me in iustitia tua :
propter inimicos meos dirige in
conspicere tuo viam meam.

Domine ne infurore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me.

Miserere mei Dñe, quoniam infir-

mus sum : fana me D O M I N E,
quoniam conturbata sunt ossa
mea.

Et anima mea turbata est valde : sed
tu Domine usquequo ?

Conuertere Domine , & eripe ani-
mam meam: saluum me fac propter
misericordiam tuam.

Laborauit in gemitu meo : lauabo
per singulas noctes lectum me-
um, lachrymis meis stratum me-
um rigabo.

Discedite à me omnes , qui opera-
mini iniuriam : quoniam ex-
audiuit D O M I N V S vocem fletus
mei.

Voce mea ad D O M I N V M clamaui :
& exaudiuit me de monte sancto
suo.

Exaudiuit Domin⁹ deprecationem
meam: Dominus orationem me-
am suscepit.

Erubescant & conturbentur vehe-
menter omnes inimici mei: con-
uertantur & erubescant valde
velociter.

Non timebo millia populi circun-
dantis me : exurge Domine sal-
uum me fac D e v s meus.

Quoniam tu percussisti omnes ad-
uersantes mihi sine causa: dentes
peccatorum contriuisti.

Lætentur omnes qui sperant in te
Domine: in æternum exultabunt
& habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui di-
ligunt nomen tuum: quoniam tu
benedices iusto.

Domini est salus: & super populum
tuum benedictio tua.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui
Sancto,

Sicut erat in principio & nunc &
semper, & in secula seculorum.

De

PSALMVS VII.

DE profundis clamaui ad te Domine : Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentæ : invocem deprecationis meæ.

Miserere mei Deus : secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum : dele iniquitatem meam.

Si iniquitates obseruaueris Domine : Domine quis sustinebit ?

Amplius laua me ab iniquitate mea : & à peccato meo munda me.

Quia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinui te Domine.

Non auertas faciem tuam à me : ne similis siam descendantibus in lacum.

Quoniam iniquitatem meam ego

cognosco: & peccatum meū contra me est semper.

Tibi soli peccaui & malum coram te feci : vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniuitatibus conceputus sum : & in peccatis concepit me mater mea.

Asperges me Domine hysopo & mundabor : lauabis me & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuā à peccatis meis : & omnes iniuitates meas dele.

Cor mundum crea in me D E V S : & spiritum rectum innoua in viscerebus meis.

Ne proijcias me à facie tua : & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde

Redde mihi lætitiam salutaris tui: &
spiritu principali confirmame.
Libera me de sanguinibus D e v s
D e v s salutis meæ : & exultabit
lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os me-
um annunciat laudem tuam.
Sacrificium D e o spiritus contribu-
latus : cor contritum & humilia-
tum D e v s non despicies.
Miserere mei D e v s, miserere mei:
quoniā in te confidit anima mea.
Et in ymbra alarum tuarum spera-
bo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad D e v m altissimum: D e-
v m qui benefecit mihi.
Quia apud D o m i n u m misericor-
dia : & copiosa apud eum re-
demptio.
Propterea sustinuit anima mea in
verbo eius : sperauit anima mea
in Domino.


Donec

Donec redimat Israel : ex omnibus
iniquitatibus eius.

Gloria Patri.

Sicut erat.

*Humiliauit semetipsum Domi-
nus IESVS CHRISTVS, factus
pro nobis obediens usq; ad mortem,
mortem autem crucis.*



LITA-

LITANIÆ VITÆ
ET PASSIONIS DO-
MINI NOSTRI IE-
SV C H R I-
STI

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Devs, Miserere
nobis.

Fili redemptor mūdi Devs, misere-
renobis.

Spiritus sancte Devs, miserere
nobis.

Sancta Trinitas vnuis Devs, misere-
renobis.

Iesu verbū Patris, miserere nobis.

Iesu splendor paternæ gloriae,
miserere nobis.

I E S V

I E S V figura substantiæ

Patris,

I E S V sapientia æterna,

I E S V candor lucis eterne,

I E S V speculū sine macula,

I E S V per quem facta sunt
omnia,

I E S V verbo virtutis tue

omnia portans,

I E S V magni consilij An-
gelus,

I E S V Princeps pacis,

I E S V sanctis patribus pro-
missus,

I E S V cunctis gentibus de-
sideratus,

I E S V in mundum à patre
missus,

I E S V de Spiritu Sancto
conceptus,

I E S V verbum caro factum,

I E S V nobiscum Deus,

Miserere
nobis.

I E S V

I E S V in formam serui factus,

I E S V de M A R I A virgine natus,

I E S V à tuagenitrice adoratus,

I E S V pannis inuolutus,

I E S V in præsepio reclinatus,

I E S V ubere virginico latatus,

I E S V à pastoribus in præsepio cognitus,

I E S V per circumcisionem sub lege factus,

I E S V à Magis adoratus,

I E S V intēplo præsentatus,

I E S V in vlnis iusti Simeonis exceptus,

I E S V in Ægyptum delatus,

I E S V ab Herode ad necem quæsitus,

Miserere nobis.

I E S V

I E S V in Nazareth nutrit⁹,
I E S V in templo inuentus,
I E S V parentibus subditus,
I E S V à Ioanne baptizatus,
I E S V in deserto tentatus,
I E S V cum hominibus
conuersatus,
I E S V pauperibus discipu-
lis sociatus,
I E S V lux mundi,
I E S V Doctor iustitiae,
I E S V via, veritas, & vita,
I E S V exemplar virtutum
omnium,
I E S V omnibus languenti-
bus misericorditer op-
tulatus,
I E S V à tuis furiosus repu-
tatus,
I E S V gratis odio habitus,
I E S V contumelijs vexatus,
I E S V lapidibus impetitus,

Miserere
nobis.

I E S V

I E S V in monte corā patri-
bus transfiguratus,
I E S V rex misis Hierusalem
ingressus,
I E S V præ compassione la-
chrymatus,
I E S V triginta argenteis
appretiatus,
I E S V ad discipulorum pe-
des inclinatus,
I E S V panis viuus nos con-
firmans,
I E S V potus verus nos læti-
ficans,
I E S V in oratione prostra-
tus,
I E S V in agonia sanguineo
sudore perfusus,
I E S V ab Angelo confor-
tatus,
I E S V osculo à Iuda tradit⁹,
I E S V à ministris ligatus,

Miserere
nobis.

I E S V

I E S V à discipulis derelict^o,
 I E S V Annæ & Caiphæ
 præsentatus,
 I E S V alapa à ministro per-
 cussus,
 I E S V falsis testibus accu-
 satus,
 I E S V re^o mortis iudicatus,
 I E S V in faciem consputus,
 I E S V oculis velatus,
 I E S V colaphis cæsus,
 I E S V cuius corpus percu-
 tiētibus, & genæ vellen-
 tibus datæ,
 I E S V à Petro ter negatus,
 I E S V vincitus Pilato tradit^o
 I E S V ab Herode & eius ex-
 ercitū spretus & illu-
 sus,

Miserere
nobis.

I E S V veste alba indutus,
 I E S V Barrabæ postpositus,
 I E S V flagellis cœsus,

I E S V

Iesv propter scelera no-
stra attritus,
Iesv quasi leprosus repu-
tatus,
Iesv veste purpurea in-
dutus,
Iesv spinis coronatus,
Iesv arundine percussus,
Iesv à Iudæis ad crucem
postulatus,
Iesv morte turpissima
condemnatus, Miserere
nobis.
Iesv voluntati Iudæorum
traditus,
Iesv crucis pondere gra-
uatus,
Iesv tanquam ouis ad oc-
cisionem ductus,
Iesv vestibus exutus,
Iesv clavis in cruce con-
fixus,
Iesv propter iniquitates

IESV

nostras vulneratus,
 I E S V pro inimicis Patrem
 deprecatus.
 I E S V cum iniquis reputat⁹
 I E S V opprobrium homi-
 num factus,
 I E S V à prætereuntibus
 blasphematus,
 I E S V à Iudæis derisus,
 I E S V à militibus in cruce
 illusus,
 I E S V à latrone conuitijs
 laceſſitus,
 I E S V opprobrijs saturatus,
 I E S V latroni pœnitenti
 Paradisum pollicitus,
 I E S V qui Ioāñem matri tuę
 in filium tradidisti,
 I E S V te à Patre derelictum
 attestatus,
 I E S V fello & aceto in siti
 potatus,

Miferere
nobis.

I E S V

I E S V consummata omnia
de te scripta testatus,

I E S V cuius spiritus in ma-
nus Patris commendatus,

I E S V à Patre pro tua re-
uerentia semper exau-
ditus,

I E S V usq; ad mortem cru-
cis obediens factus,

I E S V lancea transfixus,

I E S V de cuius latere exiuit
sanguis & aqua,

I E S V cuius liuore sanati-
sumus,

I E S V propitiatio nobis
factus,

I E S V de cruce depositus,

I E S V in sindone munda
inuolutus,

I E S V in monumento no-
uo tumulatus,

I E S V vincitos tuos de lacu-

Miserere
nobis.

in-

inferni prædatus,
 I E S V ab inferis victor re-
 uersus,
 I E S V post resurrectionem
 cum hominibus con-
 uersatus,
 I E S V in cœlum eleuatus,
 I E S V in Patris dextera col-
 locatus,
 I E S V gloria & honore co-
 ronatus,
 I E S V Rex regum, & Domi-
 nus dominantium,
 I E S V noster apud Patrem
 aduocatus,
 I E S V Spiritum paraclitum
 discipulis elargitus,
 I E S V Matrem tuam super
 choros Angelorum ex-
 altans,
 I E S V viuos & mortuos iu-
 dicaturus,

Miserere
nobis.

I E S V

I E S V reprobos in ignem
æternum missurus,

I E S V paratum electis reg-
num collaturus,

I E S V vbertate domus tuæ
sanctos omnes inebri-
ans,

I E S V pater futuri seculi,

I E S V Iubilus Angelorum,

I E S V Rex Patriarcharum,

I E S V inspirator Prophe-
tarum,

I E S V magister Apostolo-
rum,

I E S V doctor Euangelista-
rum,

I E S V fortitudo Martyrum,

I E S V lumen confessorum,

I E S V puritas Virginum,

I E S V corona sanctorum
omnium,

Propitius esto, Parce nobis I E S V,

Miserere
nobis.

Pro-

Propitius esto, exaudi nos IESV.
Ab omni malo, Libera nos IESV.
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
A subitanea & improuifa
morte,
Ab insidijs diaboli,
Ab ira, odio, & omni mala
voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure & tempestate,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctæ in-
carnationis tuæ.
Per aduentum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per circumcisionem tuam,
Per impositionem sanctif-
simi nominis tui,
Per baptismum & sanctum
ieiunium tuum.
Per labores & vigilias tuas,

Libera
nos Iesu

Per

Per agoniam & sanguine-
um sudorem tuum,
Per alapas & flagella tua,
Per spineam coronam tu-
am,
Per crucem & passionem
tuam,
Per sitim, lachrymas, & nu-
ditatem tuam, Libera
Per mortem & sepulturam nos Iesu-
turam,
Per sanctam resurrectionem tuam,
Per admirabilem Ascen-
sionem tuam,
Per missionem Spiritus
sancti Paracliti,
In die iudicij,
Peccatores, Terogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam nos per-
ducere digneris, Terogamus
audi nos.

Vt Ecclesiam tuam sanctam
regere & conseruare
digneris,

Vt dominum Apostolicum,
& omnes Ecclesiasticos
ordines in sancta
religione conseruare
digneris,

Vt nosmetipos in tuo san-
cto seruitio confortare
& conseruare digneris,

Vt mentes nostras ad cœle-
stia desideria erigas,

Vt animas nostras, fratrum,
propinquorum & bene-
factorum nostrorum ab
æterna damnatione eri-
pias,

Vt omnibus fidelibus de-
functis requiem æter-
nam donare digneris,

Fili D E I,

Teroga-
mus au-
di nos.

Agnus

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Iesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere nobis Iesu.

Iesu Christe audi nos,

Iesu Christe exaudi nos,

Kyrieleison,

Christeleison,

Kyrieleison,

Pater noster,

Et ne nos inducas, &c.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui :
 & exaudiuit me de monte sancto
 suo.

Ego dormiui, & soporatus sum, &
 exsurrexi : quia Dominus suscep-
 pit me.

Non timebo millia populi circun-
 dantis me : exurge Domine, sal-
 uum me fac Deus meus,

Quoniam tu percussisti omnes ad-
 uersantes mihi sine causa: dentes
 peccatorum contriueristi.

Domini est salus : & super populum
 tuum benedictio tua.

Gloria Patri.

Sicut erat.

¶ Proprio Filio suo non pepercit Deus,
 ¶ Sed pro nobis omnibus tradidit illum.
 ¶ Ipse vulneratus est propter iniquitates
 nostras,

¶ Attritus est propter scelera nostra.

¶ Christus factus est pro nobis obediens
 usque ad mortem,

Mor-

- R^g Mortem autem crucis.
 V^r Adoramus te Christe & benedicimus
 tibi,
 R^g Quia per crucem tuam sanctam rede-
 misti mundum.
 V^r Domine exaudi orationem meam,
 R^g Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

P^ræsta quæsumus omnipotens
 Deus ut qui pro nostris excessi-
 bus incessanter affligimur, per vni-
 geniti filij tui passionem liberemur.

D^eus qui vnigeniti tui patientia
 antiqui hostis cōtriuisti super-
 biā, da nobis quæsumus, quæ idem
 piè pro nobis pertulit dignè recole-
 re, sicq; exemplo eius cuncta nobis
 aduersantia æquanimiter tolerare.

D^eus qui vnigeniti filij tui pre-
 tioso sanguine viuificæ crucis
 vexillum sanctificare voluisti, con-

cede quæsumus, eos qui eiuidē crucis gaudent honore, tua quoq; ubique protectione gaudere.

OMnipotens sempiterne Deus,
qui humano generi ad imitan-
dum humilitatis exemplum saluato-
rem nostrum carnē sumere, & cru-
cem subire fecisti, concede propiti-
us, ut patientiæ ipsius habere docu-
menta, & resurrectionis confortia
mercamur.

DEUS qui in filij tui humilitate
iacentem mundum crexisti, fi-
delibus tuis perpetuam concede læ-
titiam, ut quos perpetuæ mortis eri-
puisti casibus, gaudijs facias sempi-
ternis perfrui.

DEUS quæ diligere & amare iu-
stitia est, ineffabilis misericor-
dia et tuę in nobis dona multiplica, &
qui fecisti nos in morte filij tui spe-

rare

rare quę credim^o, fac nos eodem re-
surgente peruenire quo tendimus.

Domine Iesu Christe fili D E I
viui: qui pro redemptione mū-
di crucis patibulum ascēdisti, & san-
guinem tuum pretiosum in remis-
sionem peccatorum nostrorum fu-
disti, te humiliter deprecamur, vt
post obitum nostrum paradisi ianu-
as nos gaudenter introire concedas,
qui viuis & regnas cum D E O Patre
in unitate spiritus sancti D E V S, per
omnia secula seculorum, Amen.

¶ Domine exaudi orationem meam.

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ D E O gratias.

Fidelium animæ per misericordiam

D E I requiescant in pace.

Amen.

PSALMODIA SA-
CRA, DIEI SA-
BATHI.

Ant. Sancta Maria.

PSALMVS I.



Omine non est ex-
altatum cor meum :
neq; elati sunt oculi
mei.

Neq; ambulaui in magnis : neq; in
mirabilibus super me.

Quia tu possedisti renes meos : sus-
cepisti me de vtero matris meæ.

Domine probasti me & cognouisti
me: tu cognouisti sessionem me-
am & resurrectionem meam.

Ecce Dñe tu cognouisti oia nouissi-
ma & antiqua: tu formasti me, &
posuisti super me manum tuam,

Quo-

Quo ibo à spiritu tuo ? & quo à facie tua fugiam ?

Confitebor tibi Domine quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua , & anima mea cognoscet nimis.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo oēs scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui D E V S : nimis confortatus est principatus eorum.

Nonne qui oderunt te Domine oderam: & super inimicos tuos tabescerem?

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

Proba me D E V S , & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

Confitebor tibi Domine in toto
corde meo: quoniam audisti ver-
ba oris mei.

In cōspectu Angelorum psallam ti-
bi: adorabo ad templum sanctum
tuum, & confitebor nomini tuo.

In quacunq; die inuocauero te, ex-
audi me: multiplicabis in anima
mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes
reges terræ: quia audierunt om-
nia verba oris tui.

Et cantent in vijs Domini: quoniam
magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & hu-
milia respicit: & alta à longè cog-
noscit.

Si ambulauero in medio tribulatio-
nis viuificabis me: & super iram
inimicorum meorum extendisti
manum tuam, & saluum me fecit
dexteratua.

Domi-

Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in seculum : opera manuum tuarum ne despicias.

Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis : & vindictam pauperum.

Vir linguosus non dirigetur : virum iniustum mala capiet in interitu.

Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo : habitabunt recti cum vultu tuo.

Benedicat mihi Dominus ex Sion : ut videam bona Hierusalem omnibus diebus vitæ meæ.

Gloria Patri.

PSALMVS II.

Dominus regnauit, decor emindutus est: induitus est Dñs fortitudinem, & præcinxit se.

Parata sedes tua ex tunc : à seculo tu es D E V s.

Testi-

Testimonia tua credibilia facta sunt
nimis : domum tuam decet san-
ctitudo Domine, in longitudine
dierum.

Beat' homo quem tu erudieris Do-
mine : & de lege tua docueris
eum.

Vt mitiges ei à diebus malis : donec
fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellat Dominus plebē
suam : & hæreditatem suam non
derelinquet.

Domine refugium factus es nobis : à
generatione in generationem.

Conuertere Domine : & depreca-
bilis esto super seruos tuos.

Quoniam gloria virtutis eorum tu
es : & in beneplacito tuo exalta-
bitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra :
& sancti Israel regis nostri.

Repleti sumus manè misericordia
tua :

tua: exultauius & delectati fu-
mus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus quib⁹ nos
humiliasti: annis quibus vidimus
mala.

Respice in seruostuos : & in opera
tua, & dirige filios eorum.

Et sit splendor D o m i n i D e i
nostrī super nos : & opera ma-
nuum nostrarum dirige super
nos, & opus manuum nostrarum
dirige.

Qui diligitis Dominum odite ma-
lum : custodit Dominus animas
sanctorum suorum, de manu pec-
catoris liberabit eos.

Confundantur omnes qui adorant
sculptilia : & qui gloriantur in si-
mulachris suis.

Quoniam tu Dominus altissimus
super omnem terram : nimis ex-
altatus es super omnes D e o s .

Lux orta est iusto : & rectis corde
lætitia.

Lætamini iusti in Domino : & con-
fitemini memoriæ sanctificatio-
nis eius.

Quoniam Dominus regnauit, exul-
tet terra: lætentur insulæ multæ.
Añunciauerunt cœli iustitiam eius:
& viderunt omnes populi glori-
am eius.

Adorate eum omnes Angeli eius :
audiuit & lætata est Sion.

Notum fecit Dominus salutare su-
um: in conspectu gentium reue-
lauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: &
veritatis suæ domui Israel.

Gloria Patri.

Sicut erat.

PSALMVS III.

LAUDATE Dominum o  s gentes :
laudate eum omnes populi.

Lau-

Laudate pueri Dominum : laudate
nomen Domini.

Quoniam confirmata est super nos
misericordia eius : & veritas Do-
mini manet in æternum.

Quid retribuam Domino : pro om-
nibus quæ retribuit mihi.

Vota mea Domino reddam coram
omni populo eius : pretiosa in
conspectu Domini mors sancto-
rum eius.

O Dñe quia ego seruus tuus: ego ser-
uuus tuus & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificia-
bo hostiam laudis: & nomen Do-
mini inuocabo.

O Domine saluum me fac, o Domi-
ne bene prosperare : benedictus
qui venit in nomine Domini.

D e v s meus es tu, & confitebor tibi:
D e v s meus es tu & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti
me:

me: & factus es mihi in salutem.
 Exaltabo te Deus meus rex : & be-
 nedicam nomini tuo in seculum,
 & in seculum seculi.

Per singulos dies benedicam nomi-
 mini tuo in seculum : & in secu-
 lum seculi.

Magnus Dominus & laudabilis ni-
 mis : & magnitudinis eius non
 est finis.

Generatio & generatio laudabit o-
 per tua: & potentiam tuam pro-
 nunciabunt.

Magnificentiam gloriae sanctitatis
 tuae loquentur : & mirabilia tua
 narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum di-
 cet : & magnitudinem tuam nar-
 rabunt.

Memoriam abundantiae suavitatis
 tuae erubebunt: & iustitia tua ex-
 ultabunt.

Mile-

Miserator & misericors Dominus:
paciens & multum misericors.
Suavis Dominus vniuersis: & miser-
rationes eius super omnia ope-
ra eius.

Confiteantur tibi Domine omnia
operatua : & sancti tui benedi-
cant tibi.

Gloriam regni tui dicent: & poten-
tiam tuam loquentur.

Vt notam faciat filijs hominum po-
tentiam tuam: & gloriam magni-
ficentiae regni tui.

Regnum tuum regnum omnium se-
culorum : & dominatio tua in
omni generatione & genera-
tione.

Fidelis Dominus in omnibus verbis
suis : & sanctus in omnibus ope-
ribus suis.

Gloria Patri.

Sicut erat.

Læta-

P S A L M V S I V.

LÆtat⁹ sum in his quæ dicta sunt
mihi : in domum Domini
ibimus.

Stantes erant pedes nostri : in atrijs
tuis Hierusalem.

Hierusalem quæ ædificatur ut ciui-
tas : cuius participatio eius in id-
ipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, trib⁹
Domini : testimonium Israel ad
confitendum nomini Domini.

Cum dederit dilectis suis somnum :
ecce hæreditas Domini, filij mer-
ces fructus ventris.

Cum conuerteret Dominus capti-
uitatem Sion : facti sumus sicut
consolati.

Tunc repletum est gaudio os no-
strum : & lingua nostra exulta-
tione.

Magnificauit Dominus facere no-
biscum:

biscum : facti sumus lætantes.
Conuerte Domine captiuitatē no-
stram : sicut torrens in austro.
Super flumina Babylonis, illic sedi-
mus & fleuimus : dum recorda-
remur tui Sion.
Si oblitus fuero tui Hierusalem: ob-
liuioni detur dextera mea.
Adhæreat lingua mea faucibus me-
is : si non meminero tui.
Si non proposuero Hierusalem : in
principio lætitiae meæ.
Qui seminant in lachrymis : in exul-
tatione metent.
Euntres ibant & flebant : mittentes
semina sua.
Venientes autem venient cum ex-
ultatione : portantes manipulos
suos.
Lauda Hierusalem Dominum : lau-
da D E V M tuum Sion.
Quoniam confortauit seras porta-
rum

rum tuarum : benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem ; & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : velociter currit sermo eius.

Emittet verbum suum & liquefaciet ea : flabit spiritus eius & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Jacob : iusticias & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : & iudicia sua non manifestauit eis.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum : & filię Syon exultent in rege suo.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S V.

AD te leuaui oculos meos : qui habitas in cœlis.

Ad Dominum cum tribularer clamaui : & exaudiuit me.

Ecce

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum D E V M nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia repleti sumus despectione.

Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa.

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Leuaui oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui custodit te.

Domi-

Dominus custodit te, dominus protectio tua : super manum dexteram tuam.

Dñs custodit te ab omni malo : custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum : ex hoc nunc & usq; in seculum.

Nisi Dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam.

Nisi DOMINVS custodierit ciuitatem : frustra vigilat , qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surge-re:surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel : nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurerent homines in nos: fortè viuos deglutissent nos.

Tor-

Torrentem pertransiuit anima no-
ra: forsitan pertransisset anima
nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus : qui non de-
dit nos in captionem dentibus
eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est:
de laqueo venantium.

Laqueus contritus est : & nos libe-
rati sumus.

Dominus iustus concidet ceruices
peccatorum : confundantur &
conuertantur omnes , qui ode-
runt Sion.

Adiutorium nostrum in nomine
Domini : qui fecit cœlum & ter-
ram.

Gloria Patri.

PSALMVS VI.

C Onsitebor tibi Domine in toto
corde meo : in consilio iusto-
rum & congregazione.

Magna

Magna opera Domini : exquisita in
omnes voluntates eius.

Confessio & magnificentia opus ei-
us : & iustitia eius manet in secu-
lum seculi.

Memoriam fecit mirabiliū suorum
misericors & miserator Domin⁹:
escam dedit timentibus se.

Memor erit in seculum testamenti
sui: virtutem operum suorum an-
nunciabit populo suo.

Vt det illis hæreditatem gentium :
opera manuum eius veritas & iu-
dicium.

Fidelia omnia mandata eius: confir-
mata in seculum seculi , facta in
veritate & æquitate.

Redemptionem misit Dominus po-
pulo suo : mandauit in æternum
testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen eius :
initium sapientiae timor Domini.

Intel-

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : laudatio eius manet in seculum seculi.

Sit nomen Domini benedictum : ex hoc nunc & usq; in seculum.

A solis ortu usq; ad occasum : laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes DOMINVS : & super cœlos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo & in terra.

Qui astitit à dextris pauperis : ut salvum faceret à persequentibus animam meam.

Suscitans à terra inopem : & de stercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus : cum principibus populi sui.

Non nobis Domine, non nobis : sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua & veritate
tua: ne quando dicant gentes ubi
est Deus eorum.

Deus autem noster in cœlo: omnia
quæcunq; voluit fecit.

Custodiens paruulos Dominus: hu-
miliatus sum & liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem
tuam: quia Dominus benefi-
cit tibi.

Quia eripuit animam meā de mor-
te: oculos meos à lachrymis, pe-
des meos à lapsu.

Placebo Domino: in regione vi-
uorum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritu
Sancto.

Sicut erat.

PSALMVS VII.

Confitemini Domino, quoniam
bonus: quoniam in seculum
misericordia eius.

Dicant

Dicant nunc qui timent Dominum:
quoniam in seculum misericor-
dia eius.

Laudationem Domini loquetur os
meum : & benedicat omnis caro
nominis sancto eius in seculum, &
in seculum seculi.

Non enim mortui laudabunt te Do-
mine : neque omnes qui descen-
dunt in infernum.

Sed nos qui viuimus , benedicimus
Domino : ex hoc nunc & usque
in seculum.

Dominus memor fuit nostri: & be-
nedixit nobis.

Benedixit omnibus qui timent Do-
minum : pusillis cum maioribus.

Dilexi: quoniam exaudiet Dominus
vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi :
& in diebus meis inuocabo.

Tribulationem & dolorem inue-

ni:& nomen Domini inuocau. De tribulatione inuocau Domi-
num : & exaudiuit me in latitudi-
ne Dominus.

Dominus mihi adiutor: non timebo
quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor : & ego de-
spiciam inimicos meos.

Quitiment Dominum, sperauerunt
in Domino: adiutor & protector
eorum est.

Bonum est confidere in Domino :
quam confidere in homine.

Bonū est sperare in Domino : quam
sperare in principibus.

Circundederunt me inimici mei si-
cut apes: & exarserunt sicut ignis
in spinis, & in nomine Domini,
quia vltus sum in eis.

Impulsus euersus sum vt caderem :
& Dominus suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea Domi-
nus:

nus: & factus est mihi in salutem.
Vox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera Domini fecit virtutē: dextra Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar sed viuam: & narrabo opera Domini.

Castigans castigauit me Dominus:
& morti non tradidit me.


Aperite mihi portas iustitiae: ingressus in eas confitebor Domino:
hæc porta Domini, iusti intrabūt in eam.

Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum
Amen.


Sancta Maria succurre miseris,
iuua pusillanimes, refoueflebiles, ora
pro populo, interueni pro clero, in-
tercede pro deo et fæmiueo sexu, sen-
tiant omnes tuum iuuamen, qui-
cunq; celebrant tuam sanctam com-
memorationem.



LITA-

LITANIÆ DE BEA-
TA VIRGINE, IN
ÆDE LORETANA
DICI SOLI-

T A E.



K Yrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis D e v s, Miserere
nobis.

Fili redemptor mūdi D e v s, misere-
re nobis.

Spiritus sancte D e v s, miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus D e v s, misere-
re nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta

Sancta Deigenitrix,
 Sancta virgo virginum,
 Mater CHRISTI,
 Mater diuinæ gratiæ,
 Mater purissima,
 Mater castissima,
 Mater inuiolata.
 Mater intemerata,
 Mater amabilis,
 Mater admirabilis.
 Mater creatoris,
 Mater saluatoris.
 Virgo prudentissima,
 Virgo veneranda,
 Virgo prædicanda,
 Virgo potens,
 Virgo clemens,
 Virgo fidelis,
 Speculum iustitiæ,
 Sedes sapientiæ,
 Causa nostræ lætitiaæ,
 Vas spirituale.

Ora pro
nobis.

Vas

Vas honorabile,
Vas insigne deuotionis,
Rosa mystica,
Turris Dauidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina martyrum,
Regina confessorum,
Regina virginum,
Regina sanctorum omni-
um,

Ora pro
nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere nobis Domine.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrieleison,

Christeeleison,

Kyrieleison,

Pater noster,

Et ne nos inducas, &c.

Domine non est exaltatum cor meum : neq; elati sunt oculi mei.

Neq; ambulaui in magnis : neq; in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam : sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua :

ita

ita retributio in anima mea.
Speret Israel in Domino : ex hoc
nunc & usq; in seculum.
Gloria Patri.
Sicut erat.

- ¶ Benedicta filia tu à Domino,
¶ Quia per te fructum vitæ communica-
uimus.
¶ Dignare me laudare te virgo sacrata,
¶ Da mihi virtutem contra hostes tuos.
¶ Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
¶ Ut digni efficiamur promissionibus
C H R I S T I.
¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

C oncede misericors Deus fra-
gilitati nostræ præfidiū, vt q:ui
sanctæ Dei genitricis memoriam
agimus, intercessionis eius auxilio à
nostris iniquitatibus resurgamus.

Famu-

F Amulorum tuorum quæsumus
Domine delictis ignosce: vt qui
tibi placere de actibus nostris non
valemus, genitricis filij tui Domini
nostrri intercessione saluemur.

DEVS qui illuminas omnem ho-
minē venientem in hūc mun-
dum, illumina quæsumus corda no-
stra gratiæ tuæ splendore : vt dignè
maiestati tuæ ministrare: teq; æter-
na charitate diligere mereamur.

LArgire nobis quæsumus Domi-
ne semper spiritum cogitandi
quæ recta sunt, propitius & agendi:
vt qui sine te esse non possumus, se-
cundum te viuere valeamus.

DEVS qui diligentibus te , facis
cuncta prodesse , da cordibus
nostris inuiolabilem tui amoris af-
fectum : vt desideria de tua inspira-
tione

tione concepta, nulla possint tentatione mutari.

DE V S qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti, da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis & corporis: ut te toto corde diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant.

ACunctis nos quæsumus Domine mentis & corporis defende periculis, & intercedente beata & gloria semperq; virginе DЕI genitrice MАRIA, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: ut de structis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua securatibi seruiat libertate, Per Dominum, &c.

Domini

¶ Domine exaudi orationem meam.

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ Deo gratias.

Fidelium animæ per misericordiam

Dei requiescant in pace.

Amen.



ALIAE

ALIÆ LITANIAE
AD BEATISSIMAM
VIRGINEM MA-
RIAM.

EX

SACRA SCRIPTVRA ET
PATRIBVS DESVM-
PTÆ.

KYrieleison.

Christeeleison.

Kyrieleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis De vs, Miserere
nobis.

Fili redemptor mundi De vs, Mi-
serere nobis.

Spiritus sancte De vs, Miserere
nobis.

Sancta Trinitas vnus De vs, Mi-
serere nobis.

Sancta

Sancta Maria mater DEI,
Patris de cælis DEI amica

beata,

Filius redemptoris mundi
DEI mater honorifi-
cata,

Spiritus sancti opere fœ-
cundata,

Sanctæ Trinitatis vni° DEI
habitatio consecrata,

Sancta Maria filia veri DEI
patris admiranda,

Sancta Maria mater tui
patris,

Sacra Maria sacrarium Spi-
ritus sancti,

Sancta Maria Spiritus san-
cti ineffabile Sacramen-
tum,

Sancta Maria virgo vir-
ginum,

Sacra Maria fœcunda virgo,

Ora pro
nobis.

San-

Sancta Maria regina sola
mundi,
Sancta Maria creaturarum
omnium domina,
Sancta Maria dulcedo cor-
dis iustorum,
Sancta Maria ipes peccato-
rum & miserorum,
Sancta Maria speculum
Angelorum,
Sancta Maria scala sancto-
rum omnium.

Sancta Maria tutum pec-
catorum perfugium,
Sancta Maria super omnes
sanctos & sanctas D E I
sanctificata,
Sancta Maria super omnes
Angelicas virtutes in
caelis glorificata,
Sancta Maria super omnes
creaturas propetuum

{ Ora pro
nobis.

fili-

filium in cœlestibus exaltata,
Ora pro nobis.

Propitia esto nobis Maria
pijssima,

Propitia esto nobis Maria
dulcissima,

Per sanctum diem iñacu-
latæ conceptionis tuæ.

Per sanctum diem glorioſæ
natiuitatis tuæ,

Per sanctam infantiam
tuam.

Per sanctum votū inteme-
ratæ virginitatis tuæ,

Per sanctam obediētiam &
humilitatem tuam,

Per sanctum diem, quo ab
angelo salutata fuisti,

Per sanctos nouem men-
ses, quibus filium tuum
in utero portasti.

Per sanctum puerperium

Succur-
re nobis
domina.

tuum

tuum quo puerum I E-
S V M p e p e r i s t i .

Per sanctum lac , quo Do-
minum I E S V M lactasti .

Per gaudium , quod habui-
sti , quando à Magis in-
uenta fuisti ,

Per sanctam oblationem
filij tui in templo .

Per sanctos annos , quibus
fuisti in Ægypto cum
eodem filio tuo bene-
dicto .

Per sanctos tres dies , qui-
bus cum dolore cum
quæsiuisti ,

Per sanctum diem sabathi ,
in quo fidem conser-
uasti ,

Per sanctum diem quo fili-
um tuum à mortuis re-
surrexisse vidisti ,

Succur-
re nobis
domina .

Per

Per sanctum diem quo ipsum in alta ascendere aspexisti.

Per sanctum diem quo spiritum sanctum super te, & super Apostolos descendere sensisti,

Per sanctum diem quo in cœlum in anima & corpore assumpta fuisti,

In hora mortis,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt per te Ecclesia sancta gratijs, & donis cœlestibus abundet,

Vt populum fidelem tibi deuotum, sociari obtineas collegio beatorū.

Vt per cuncta secula munda sit à peccatis conscientia nostra,

Vt per te gloriosa, tuta sit

Succur-
re nobis
domina

Teroga-
mus au-
di nos.

ab

ab omni periculo vita
nostra,

Vt nos & parentes nostri,
fratres & benefactores
tibi semper placeamus
plena gratia,

Vt nos ab immundis cogi-
tationibus & de monum
tentationibus & illusio-
nibus, atq; à damnatio-
ne perpetua liberari im-
petres,

Vt animas & corda nostra
in omni semper mundi-
tia & puritate ac pietate
conserues,

Vt à subitanea & improvi-
sa morte, nos eripi ob-
tineas,

Vt nobis, amicis & inimi-
cis nostris humilitatem,
pacem & veram chari-

Te roga-
mus au-
di nos.

tatem

tatem, virgo pia, im-
petres,

Vt in gratia & deuotione,
virgo benigna, nos con-
stituas,

Vt oculos tuos misericor-
des ad nos, aduocata no-
stra, conuertas,

Vt ad laudes tuas canendas
nos animare digneris,

Vt filio tuo & tibi nos ser-
uire facias, & seruiamus
cum castitatis lilio,

Vt preces nostras atten-
das, & vbera tua pro no-
bis filio tuo ostendas,

Vt fructu ventris tui nos
frui facias,

Mater D E I Maria clemen-
tissima nos respice,

Agnus D E I qui tollis pecata mundi,
parce nobis Domine.

Te roga-
mus au-
di nos.

Agnus

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Miserere nobis Domine.

Christe audi nos. Christe exaudi nos
Kyrieleison. Christeleison.

Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos.

Laudate Dominum ōes gentes:
laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos
misericordia eius: & veritas Do-
mini manet in æternum. Gloria.

¶ Beata es M A R I A quæ credidisti.
¶ Perfecta sunt quæ dicta sunt tibi à Dño.
¶ Post partum virgo in uiolata permāsistī.
¶ Dei genitrix intercede pro nobis.
¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui de beatæ MARIAE vir-
ginis utero verbum tuum, An-
gelo nūciante, carnem suscipere vo-
luisti:

luiisti: præsta supplicibus tuis, vt qui
verè eam DEI genitricem credimus,
eius apud te intercessionibus adiu-
uemur.

BEATÆ & GLORIOSÆ, SEMPERQ; VIR-
GINIS MARIÆ, QUÆSUMUS DO-
MINE INTERCESSIONE GLORIOSA NOS PROTE-
GAT, & AD VITAM PERDUCAT ÆTERNAM.

DEVS QUI CONTRITORUM NON DE-
SPICIS GEMITUM, & MÆRENTIUM
NON SPERNIS AFFECTIONEM, ADESTO PRECI-
BUS NOSTRIS, QUAS TIBI IN TRIBULATIONE
NOSTRA EFFUNDIMUS, EASQ; CLEMENTER
EXAUDI, VT QUIDQUID CONTRA NOS DIA-
BOLICÆ ATQ; HUMANÆ MOLIUNTUR AD-
UERSITATES, AD NIHILUM REDIGATUR, &
CONSIGLIO TUÆ PIETATIS ALLIDATUR, QUAN-
TENUS NULLIS ADUERSITATIBUS LÆSI, SED
DE OMNI TRIBULATIONE & ANGUSTIA
EREPTI, IN ECCLESIA TUA TIBI GRATIAS RE-
FERAMUS. DIMITTE DOMINE PECCATA
NOSTRÆ

nostra, & tribue nobis misericordiā tuam, quam precamur ut humilitatē nostram attēdas, vincula soluas, peccata deleas, tribulationem inspicias, aduersitatē repellas, effectumq; petitionis nostre largiens supplices tuos clementer exaudias.

DEVS qui errātibus, vt in viā possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostēdis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta sectari.

DEVS auctor pacis & amator, quē nosse viuere, cui seruire regnare est, protege ab omnibus impugnationib⁹ supplices tuos, vt qui defensione tua confidimus, nulli⁹ hostilitatis arma timeamus.

DEVS qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis,

sed pium precibus præstas auditum,
pro postulationibus nostris votisq;
susceptis gratias agimus, te pijssime
deprecantes, ut per tuam misericor-
diam, à cunctis semper eripi merea-
mur aduersis,

M Vndet & muniat nos quæsumo-
Dñe tuæ miserationis opera-
tio, & intercedéte Beata virgine DEI
genitrice MARIA, cum beatis Apo-
stolis tuis Petro & Paulo, atq; beato
N. & omnibus sanctis, à cūctis nos
reddat & peruerositatibus expiatos
& aduersitatibus expeditos. Per
Dominum nostrum, &c.

¶ Domine exaudi orationem meam.

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ Deo gratias.

Fidelium animæ per misericordiam

Dei requiescant in pace.

Amen.

ALIA

ALIÆ LITANIÆ
AD BEATISSIMAM
VIRGINEM MA-
RIAM.

D E

VITA ET MYSTE-
RIIS EIVS.

K Yrie eleison.
Chrifte eleison.

Kyrie eleison.

Chrifte audi nos.

Chrifte exaudi nos.

Pater de cœlis D e v s, Miferere
nobis.

Fili redemptor mūdi Devs, misere-
re nobis.

Spiritus sancte D e v s, miserere
nobis.

Sancta Trinitas vnus Devs, misere-
re nobis.

Sancta MARIA,
Sancta Dei genitrix,
Sancta virgo virginum,
MARIA ab aeterno ordi-
nata,
MARIA inter omnes pra-
electa,
MARIA patribus cœlitus
promissa,
MARIA mysticis præfigu-
rata miraculis,
MARIA oraculis prænun-
ciata Propheticis,
MARIA desiderium colli-
um aeternorum.
MARIA sine peccato con-
cepta,
MARIA caput serpentis
conterens,
MARIA lucerna inextincta,
MARIA speculum sine
macula,

Ora pro
nobis.

MARIA

MARIA liliū inter spinas,
MARIA terra sacerdotalis
immunis,
MARIA regali progenie
exorta,
MARIA virga de radice
Iesse,
MARIA stella Iacob,
MARIA stella matutina,
MARIA aurora consur-
gens,
MARIA in templo præ-
sentata,
MARIA vniuersas filias
supergressa,
MARIA scala Iacob,
MARIA virgo prudentif-
sima,
MARIA speculum iustitiae,
MARIA mulier fortis,
MARIA singulare virginini-
tatis exemplar,

Ora pro
nobis.

MARIA nardus odorifera,
 MARIA fide perspicua,
 MARIA turris eburnea,
 MARIA candelabrum aureum,
 MARIA altare Thymiamatis,
 MARIA balsamum aromatizans,
 MARIA virgula fumi ex vniuersis aromatibus,
 MARIA iusto Ioseph sponsata,
 MARIA mons Domino in vertice montium præparatus,
 MARIA ab Angelo humiliter salutata,
 MARIA gratia plena,
 MARIA inter mulieres benedicta,
 MARIA sponsa DEI,

Ora pro nobis,

MARIA

MARIA Spiritu Sancto
obumbrata,
MARIA mulier circun-
dans virum,
MARIA paradisus volup-
tatis,
MARIA ciuitas DEI,
MARIA domus sapientia,
MARIA solium gloriæ DEI,
MARIA thronus Salo-
monis, Ora pro
MARIA templū Domini, nobis,
MARIA sacrarium Spir-
itus Sancti,
MARIA sanctuarium DEI,
MARIA tabernaculum tui
creatoris,
MARIA tabernaculum
fæderis,
MARIA arca testimonij,
MARIA vas aureum cœle-
ste manna continens,

MARIA quæ Elizabeth
cognatam visitaſti,

MARIA terra germinans
ſaluatorēm,

MARIA lignum vitæ,

MARIA virga florens Aa-
ron,

MARIA nauis iſtitoris de
longè portans panem,

MARIA mensa panis pro-
positionis,

MARIA botrus cypreſſi,

MARIA fons lucis,

MARIA puteus aquarum
viuentium,

MARIA virgo perpetua,

MARIA rubus ardens in-
combustus,

MARIA vellus Gedeonis,

MARIA móns, de quo sine
manibus abſciſſus eſt
lapis,

Ora pro
nobis.

MARIA

MARIA porta orientalis
clausa,

MARIA hortus conclusus

MARIA fons signatus,

MARIA à pastoribus &

Magis cum filio iuuēta,

MARIA legi purificatio-
nis sponte subiecta,

MARIA nubes Domini
leuis.

MARIA Ægyptum cum fi- Ora pro
lio ingressa nobis.

MARIA ex Ægypto in Na-
zareth reuersa,

MARIA cum filio dulciter
conuersata,

MARIA quæ filium triduo
quæsiuisti,

MARIA quæ filium in té-
plo inuenisti,

MARIA deficiente in nup-
tijs vino, filiū deprecata,

M S MARIA

MARIA quæ stabas iuxta
crucem filij,

MARIA virginī Ioanni
commendata,

MARIA doloris gladio
transfixa,

MARIA filij resurrectione
exhilarata,

MARIA in die Pentecostes
spiritu sancto repleta,

MARIA spiritualibus deli-
cijs affluens,

MARIA super dilectum
tuum innixa,

MARIA super choros an-
gelorum exaltata,

MARIA mater honorifi-
cata,

MARIA mulier amicta
sole,

MARIA sub cuius pedibus
luna,

Ora pro
nobis.

MARIA

MARIA duodecim stellis }
coronata, }
MARIA regina cœlorum, }
MARIA regina à dextris }
filij adstante, }
MARIA in vestitu deaurato varietate circundata, }
MARIA quam laudant
astræ matutina, }
MARIA cuius pulchritudine sol & luna miratur, } Ora pro
nobis.
MARIA cuius vultum deprecantur omnes diuites plebis,
MARIA super omnes speciosa,
MARIA pulchra vt luna,
MARIA electa vt sol,
MARIA gloria Hierusalē,
MARIA lætitia Israhel,
MARIA honorificentia
populi nostri,

M A R I A

MARIA orbis terrarum
margarita pretiosa,

MARIA Cedrus in libano
exaltata,

MARIA Cypressus in mō-
te Sion,

MARIA palma in Cades,

MARIA plantatio rosæ in
Iericho,

MARIA oliua speciosa in
campis,

MARIA platanus iuxta
aquas,

MARIA terebinthus ra-
mos honoris & gratiæ
extendens,

MARIA cunctis genera-
tionibus beatissima pre-
dicata,

MARIA aduocata nostra,

MARIA propitiatorium
vniuersæ terræ,

Ora pro
nobis.

MARIA

MARIA DEI & hominum
mediatrix,

MARIA per quam post
Deum viuit totus ter-
rarum orbis,

MARIA aquæ ductus cœ-
lestium gratiarum,

MARIA fons perennis
curationum,

MARIA fons vniuersam
terram irrigans,

MARIA in qua omnis spes
vitæ & virtutis,

MARIA cuius spiritus su-
per mel dulcis,

MARIA fauus distillans,

MARIA arca Noe salutaris

MARIA ciuitas refugij,

MARIA castrorum acies
ordinata,

MARIA cunctas hæreses
sola interimens,

Ora pro

nobis.

MARIA

MARIA stellamaris,
MARIA porta cœli,
MARIA mater viuentium
MARIA mater misericor-
diæ:
MARIA mater diuinæ
gratiæ,
MARIA mater timoris &
agnitionis,
MARIA mater sanctæ spei
MARIA mater pulchræ Ora pro
dilectionis, nobis.
MARIA domina Ange-
lorum,
MARIA decus Patriarcha-
rum,
MARIA vaticinium Pro-
phetarum,
MARIA præconium Apo-
stolorum,
MARIA confortatrix mar-
tyrum,

MARIA

MARIA exemplar confessorum,
MARIA lumen virginum,
MARIA regina sanctorum
omnium,
A cunctis periculis, Libera nos
virgo gloria.
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
A subitanea & improvisa
morte,
Ab insidijs diaboli,
Ab ira, odio, & omni ma-
la voluntate,
A spiritu fornicationis,
A morte perpetua,
Per æternam præelectio-
nem tuam,
Per immaculatam concep-
tionem tuam,
Per sanctā natuitatē tuam,
Per mellifiū nomē tuum,

Ora pro

nobis.

Libera
nos vir-
go glo-
riola,

Per

Per cœlestem in terris con-
 uersationem tuam,
 Per purissimam desponsa-
 tionem tuam,
 Per salutarem annuncia-
 tionem tuam,
 Per superuenientis in te
 sancti Spiritus obum-
 brationem,
 Per humilem visitationem
 tuam,
 Per virginum partum
 tuum,
 Per interemeratam virgini-
 tatem tuam,
 Per mundissimam purifi-
 cationem tuam,
 Per gladium doloris qui
 pertransiuit animam
 tuam,
 Per gaudia resurrectionis
 filij tui,

Libera
 nos vir-
 go glo-
 riola,

Per

Per super effluentem in die
pentecostes gratiæ plen-
nitudinem,

Per admirabilem assump-
tionem tuam,

Per gloriosam coronatio-
nem tuam,

Per viscera misericordiæ
tuæ,

Libera
nos vir-
go glo-
riosa.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt veram pœnitentiam no-
bis impetrare digneris,

Vt Ecclesiæ sanctæ cun-
ctoq; populo Chri-
stiano pacem & uni-
tatem impetrare dig-
neris,

Vt societas tibi peculiari
obsequio deuotas con-
seruare & augere dign.

Vt nosmetipfos in tuo san-
cto seruitio confortare

Te roga
mus au-
di nos.

&

& conseruare digneris,
Vt mentis & corporis inte-
gram puritatem nobis
impetrare digneris,

Vt nos ab hoste maligno p-
tegere, & in hora mortis
suscipere digneris,

Vt omnibus fidelibus de-
functis requie eternam
impetrare digneris,

Mater DEI,

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis Domine.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrie eleison,

Christeeleison,

Kyrie eleison, Paternoster,

Magni-

Te roga-
mus au-
di nos.

Magnificat anima mea Dñm.
Et exultauit spiritus meus : in
Deo salutari meo,
Quia respexit humilitatem ancillæ
suæ: ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens
est: & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in
progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: di-
spersit superbos mēte cordis sui,
Deposuit potentes de sede: & exal-
tauit humiles,
Esurientes impleuit bonis: & diui-
tes dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum: recor-
datus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros:
Abraham & semini eius in secula.
Gloria Patri.

- ¶ Ave M A R I A gratia plena Dominus tecum,
 ¶ Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.
 ¶ Specie tua & pulchritudine tua,
 ¶ Intende prospere procede & regna.
 ¶ Diffusa est gratia in labijs tuis,
 ¶ Propterea benedixit te D e u s in æternum.
 ¶ Dignare me laudare te virgo sacrata,
 ¶ Da mihi virtutem contra hostes tuos.
 ¶ Ora pro nobis sancta D e i genitrix.
 ¶ Ut digni efficiamur promissionibus
 C H R I S T I .
 ¶ Domine exaudi orationem meam,
 ¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

OMnipotens Domine Iesu Christe verbum patris , splendor gloriæ & figura substantiæ eius, qui ad reparandam abiectionis nostræ ruinam , in purissimis intemeratæ virginis visceribus , frater & caro nostra

nōstra fieri dignatus es, te supplices
exoramus, ipsius precibus & meritis
inueniamur apud te semper & casti-
tate nitidi, & charitate feruentes.

Dulcissime Dñe Iesu Christe qui
beatissimam genitricem tuam
gloriosissimam virginem M A R I -
A M perpetuis & fœlicibus gaudi-
js in cœlo lætificaſti, concede pro-
pitius, vt eius meritis & precibus
ſalutem mentis & corporis confe-
quamur, & ad gaudia tuæ beatitu-
dinis, & eius æterna, fœliciter per-
ueniamus.

Deus in te sperantium fortitu-
do, adesto propitius in uocatio-
nib⁹ nostris: & quia sine te nihil po-
test mortalis infirmitas: præsta au-
xilium gratiæ tuæ, vt in exequendis
mandatis tuis & voluntate tibi & a-
ctione placeamus.

Sancti

Sancti Spiritus gratia, quæsumus
Domine, corda nostra illuminet
& perfectæ charitatis dulcedine
abundanter reficiat.

Da nobis fidelibus tuis quæsu-
m⁹ Domine in tua fide & syn-
ceritate constantiam, ut in charitate
diuina firmati, nullis temptationibus
ab eius integritate vellamur.

Deus qui iustificas impium, &
non vis mortem peccatorum,
maiestatem tuam suppliciter depre-
camur, ut nos famulos tuos, de tua
misericordia confidētes, cœlesti pro-
tegas benignus auxilio, & assidua
protectione conserues, ut tibi iugi-
ter famulemur, & nullis temptationi-
bus à te separemur.

Gloriosa sacerdotum; virgo MARIA
& omnes sancti tui quæsumus

Domi-

Domine, nos vbiq; adiuuēt: yt dum
eorum merita recolim⁹, patrocinia
sentiamus , & pacem tuam nostris
concede temporibus, & ab Ecclesia
tua cūctam repelle nequitiam, iter,
actus, & voluntates nostras, & om-
nium famulorum tuorum in salutis
tuæ prosperitate dispone , benefa-
ctoribus nostris sempiterna bona
retribue , & omnibus fidelibus de-
functis requiem æternam concede,
Per Dominum nostrum,&c.

¶ Domine exaudi orationem meam,

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei
requiescant in pace.

Amen.

MEDVL-

P S A L M O R V M
 I V X T A P S A L T E R I -
 V M S . A V G V S T I N I
Q V O D M A T R I S V A E
C O M P O S V I T .

* * *



Omine D e v s o m -
 n i p o t e n s , R e x æ t e -
 n æ g l o r i æ , f a c m e
 p e r p e t u o d e c l i n a r e
 v i a m p e c c a t o r u m ,
 S e d l e g e m m a n d a t o r u m t u o r û m e -
 d i t a r i d i e a c n o c t e : & f e r r e f r u -
 c t u m i n t e m p o r e s u o .
 D o c e m e p e c c a t o r e m t i b i t o t o c o r -
 d i s t i m o r e & t r e m o r e f i d e l i t e r
 s e r u i r e : & v o c e m e a m , t e h u m i l i -
 t e r i n u o c a n t e m , e x a u d i .
 C l e m e n t i s s i m i s a u r i b u s p e r c i p e

ver-

verba mea : vt delinquentem
me, in ira furoris tui non dere-
linquas.

Ne quando ille insidians antiquissi-
mus hostis rapiat vt leo animam
meam: dum non est qui redimat,
neq; qui saluum faciat.

Sed tu Domine, cuius nomen admi-
rabile est in cœlo & in terra : ita
conuerte inimicum meum re-
trorsum, vt infirmetur & pereat à
facie tua.

Ne vñquam irretire valeat laqueis
igneis animam meam : neq; sul-
phur & spiritus procellarum ab-
forbeat me.

Sed propter miseriā inopis, & ge-
mitum pauperis, nunc exurgens
respice & exaudi me D O M I N E :
quia consilium inopis & spes ei-
us es.

Fac me ita ingredi sine macula , &
operari iustitiam : vt gratia mi-
sericordiæ tuæ sit pars hæredita-
tis meæ.

Custodi me vt pupillam oculi : &
sub umbra alarum tuarum prote-
ge me.

Qui a tu es virtus mea , firmamen-
tum meū, refugium meum : pro-
tector me⁹, & cornu salutis meæ.

Ab occultis meis munda me Domi-
ne: & ab alienis parce seruo tuo.

Mitte mihi auxilium de sancto : &
desiderium animæ meæ tribue
mihi.

Libera me de ore leonis : & deduc
me super semitas iustitiae propter
nomen tuum.

Vt possim ascendere in montem san-
ctum tuum : & stare in loco san-
cto tuo , innocens manibus , &
mundo corde.

Delicta iuuentutis meæ : & ignorantias meas ne memineris Domine.

Ne perdas cum impijs De⁹ animam meam: & ne tradas me in animas tribulantium me.

Exaudi propitius vocem deprecationis meæ: ut inuocantem gloriam sancti nominis tui, audias clementer & miserearis mei.

In te Domine sperans non confundar in æternum: sed remitte mihi impietatem cordis mei.

Fiat misericordia tua D O M I N E super me : quemadmodum speravi in te.

Et ex omnibus angustijs meis eripiens me: dic animæ meæ , salus tua ego sum.

Et quia in protectione alarum tua-ruin spero , da mihi petitionem cordis mei : & intende in adiu-

torium meum Domine Deus salutis meæ.

Notum fac mihi Domine finem
meum , & numerum dierum
meorum : ut sciam quid desit
mihi.

Exaudi propitius vocem depreca-
tionis meæ : & educ me de lacu
miseriae & de luto fecis,

Statue supra petram pedes meos :
& dirige in semitam rectam gres-
sus meos.

In die mala libera me, ut ingrediar in
locū tabernaculi admirabilis do-
mus tuæ: quia tu es Deus meus,
& fortitudo mea.

Ne declines gressus meos à via tua:
ut diligam iustitiam, & odiam ini-
quitatem.

Esto mihi refugium & virtus : quo-
niam tu es rex magnus super om-
nem terram.

Qui

Qui regis omnes in secula : libera
animam meam de manu inferi ,
cum acceperit me.

Cum manifeste veneris ad iudican-
dum , miserere mei D E V S : se-
cundum magnam misericordi-
am tuam.

Auerte faciem tuam à peccatis me-
is : & omnes iniquitates meas
dele.

Cor mundum crea in me D E V S : &
spiritum rectum innoua in viſce-
ribus meis.

Ne proijcas me à facie tua : & Spi-
ritum Sanctum tuum ne auferas
à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : &
spiritu principali confirma me.

Vt siam sicut oliua fructifera in do-
mo tua Domine : & ibi exultem
cum Jacob , & in æternum læter
cum Israel.

De vs in nomine tuo saluum me
 fac : & in virtute tua libera me.
 Ne despixeris deprecationem me-
 am D E v s : sed intende mihi &
 salua me.
 Miserere mei Domine & libera me:
 & da in opprobrium conculcan-
 tes me.
 Contere dentes inimicorum meo-
 rum in ore ipsorum: & molas leo-
 num confringe Domine.
 Misericordia tua semper præueni-
 at me : qui a tu es D E v s suscep-
 tor meus.
 Saluum me faciat dextera tua : &
 protegar à velaméto alarum tua-
 rum , cum reddideris vnicuique
 iuxta opera sua.
 Benedic a me in vita mea : & in no-
 mine tuo leuabo manus meas.
 Ut sicut adipe & pinguedine reple-
 as animam meam : & labijs exul-
 tatio-

tationis laudet te os meum.
Adhæreat anima mea post te , me
fuscipliat dextera tua: vt protegar
à conuentu malignantium.
Cum ad te omnis caro venerit , po-
ne animam meam ad vitam : &
non amoueas misericordiam tu-
am à me.
D E V S illumina vultum tuum super
me,& miserere mei: & confirma
hoc quod operatus es in me.
Prosperū iter fac mihi D E V S , saluta-
ris meus : & eripe me de luto , vt
non infigar , neq; absorbeat me
profundum.
D E V S in adiutorium meum inten-
de: Domine ad adiuuandum me
festina,vt saluum me facias.
In te Domine sperauī, non confun-
dar in æternum : in iustitia tua li-
berame,& eripe me.
Esto mihi in D E V M protectorem :

& cum defecerit virtus mea , ne
derelinquas me.

Sit benedictum nomen maiestatis
tuæ in æternum : & in voluntate
tua deducas me , & cum gloria
suscipias me.

Quid enim mihi est in cœlo ? & à te
quid volui super terram ? tu Deus
cordis mei , & pars mea , Deus
meus in æternum .

Mihi adhærere Deo bonum est :
ponere in Domino Deo meo
spem meam .

Memor esto congregationis nostre :
& ne auertar ego humilis factus
confusus .

Deus qui humilias & exaltas , erue
me in die tribulationis meæ .

Renuit consolari anima mea , dele-
ctatus sum in Deo meo : qui fe-
cit mirabilia magna solus .

Sicut populo tuo panem de cœlo
de-

dedisti in deserto : & desiderio suo
non fraudasti eum , ita me esuri-
entem reficiat gratia tua.

Ne memineris iniquitatum mea-
rum antiquarum: citò anticipent
me misericordiæ tuæ , quia pau-
per factus sum nimis.

Adiuua me D E v s salutaris meus ,
& propter gloriam nominis tui
Domine libera me : & propitius
esto peccatis meis propter no-
mentuum.

D E v s virtutum ostende potenti-
am tuam, conuerte me : ostende
mihi faciem tuam , & saluum me
facias.

Ciba me pane lachrymarum : &
spiritum compunctionis tribue
mihi.

Et da mihi de petra mellis dulcedi-
nem : & de pane tuo internæ sua-
uitatis vbertatem.

Surge D e v s in adiutorium mihi, vt
cognoscant omnes: quia nomen
tibi D o m i n u s , & tu solus altissi-
mus super omnem terram.

Protector noster aspice D e v s : & re-
spice in faciem Christi tui.

Remitte iniquitatem cordis mei ,
ostende mihi misericordiam tu-
am: & salutare tuum da mihi.

Respice in me & miserere mei , cu-
stodi animam meam : & saluum
fac seruum tuum , D e v s meus
sperantem in te.

Fac mecum signum in bonum , vt
videant qui oderunt me : & con-
fundantur , quoniam tu D o -
m i n e adiuuisti me , & consolatus
es me.

D e v s , qui fundas Ecclesiam tuam in
montibus sanctis: inclina aurem
tuam ad precem meam , quia ad
te expandi manus meas.

Domi-

Domine fac ut in lumine vultus tui
ambulem: & in nomine tuo exul-
tem tota die, & in iustitia tua ex-
alter in æternum.

Manus tua auxilietur mihi , nihil
proficiat inimicus in me : & fili-
us iniquitatis non apponat noce-
re mihi.

Respice in seruum tuum Dñe, & sit
splendor tuus super me: & opera
manuum mearum dirige.

Libera me Devs de laqueo venanti-
um, à ruina & dæmonio meridia-
no: & sub adiutorio & protec^tio-
ne tua protegar in æternum.

Vt plantatus in domo tua Domi-
ne sicut palma floream : & sicut
Cedrus, quæ in libano , mere-
ar multiplicari in longitudinem
dierum.

Esto mihi in refugium, & De^s vs me-
us in auxilium spei mee: quoniam

tu es D e v s , & rex magnus super omnem terram.

Cum iudicaueris orbem terræ in æquitate, & populos in veritate tua: luce pereñi perfruar cum iustis, & cum rectis corde lætitia.

Qui sedes super Cherubin , fac me introire in conspectum tuū cum exultatione : vt perambulem in innocentia cordis mei in medio domus tuæ.

Nō adhæreat mihi cor prauum , sed sint oculi mei super fideles sāctos tuos: vt sedeam cum eis ambulans per viam immaculatam.

Domine exaudi orationem meā : & non auertas faciem tuam à me, in quacunq; die inuocauero te.

Propitius esto Domine omnib⁹ ini-
quitatibus meis : & sanा omnes infirmitates meas.

Redime de interitu viam meam : &

reple

reple in bonis desideriū meum.
Non secundum peccata mea facias
mihi: neq; secundum iniqüitates
meas retribuas, mihi.

Qui fundasti terram super stabilita-
tem suam: qui eduxisti populum
tuum in exultatione , fac me cu-
stodire iudicium & iustitiam in
omni tempore.

Saluum me fac Domine D E V S me-
us : vt confitear nomini sancto
tuo, & glorier in laude tua.

Educ me de tenebris & vmbra mor-
tis, vt parato corde cantē & psal-
lem tibi in gloria tua.

Aduua me Domine D E V S meus :
saluum me fac secundum miseri-
cordiam tuam.

Vt in splendoribus sanctorum in
consilio iustorum & congrega-
tione : iustitia mea per te maneat
in seculum seculi.

Sit

Sit nomen tuum benedictum in secula: & benedic te in terra viuentium, & placeam tibi in regione viuorum.

Disrump pe vincula mea, confirma me in misericordia tua: quia tu es

D E V S adiutor meus.

Dirige Domine gressus meos secundum legem tuam: custodiam illum in toto corde meo.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Fiat cor meum imaculatum ut non confundar: & confige timorem tuum carnes meas.

Aspice in me & miserere mei: saluum me fac, ut custodiam mandata tua.

Erravi sicut ouis quæ perijt, quære

fer-

seruum tuum: vt non dominetur
mei omnis iniquitas.

Domine libera animam meam, cu-
stodi introitum meum & exitum
meum: vt cum lætitia recipiar in
domum tuam.

Ad te leuaui oculos meos D E V S, vt
eripias animam meam de laqueo
venantium: & non extendam ad
iniquitatem manus meas.

Reple in gaudio os meum, & desi-
derium meum in bono: benedic
mihi in Sion, vt videā bona Hie-
rusalem, longe factus ab omni
iniquitate.

Fiant aures tuæ intendentes in ora-
tionem serui tui Domine: non sit
ex altatum cor meum, neq; elati-
sint oculi mei.

Vt inueniam locum tabernaculi tui
Domine: vbi mandasti benedi-
ctionē & vitam usq; in seculum.

Ibi

Ibi extollam manus meas : & benedicam te Dominum D E V M nostrum qui iudicas populum.

D E V S Deorum & D O M I N V S D o-
minorum , adorantem ad tem-
plum sanctum tuum proba me ,
& scito cor meum : cognosce
semitas meas , & deduc me in via
æterna.

Custodi me Domine de manu pec-
catoris : & ab hominibus iniquis
cripe me.

Dirigatur oratio mea sicut incésum
in conspectu tuo : pone custodi-
am ori meo , & ostium circum-
stantiae labijs meis.

Libera me à persequentibus me :
educ de custodia animam meam
ad confitendum nomini tuo.

Non intres in iudicium cum seruo
tuo Domine : & non auertas faci-
em tuam à me.

Spiri-

Spiritus tuus bonus deducat me in
terram rectam : propter nomen
tuum Domine vivificabis me in
æquitate tua.

Educ de tribulatione anima mea :
& in misericordia tua disperde
omnes inimicos meos, quoniam
ego seruus tuus sum.

Emitte, Deus meus, manum tuam
de alto : eripe me & libera de
aquis multis, & de manu filiorum
alienorum.

Miserator & misericors Deus :
erige elisum, solue compeditum,
illumina cæcum, aperi manum
tuam & imple me tua benedi-
ctione.

Qui sanas contritos corde , emit-
te verbum tuum & Spiritum san-
ctum tuum: ut fluant in me aquæ
gratiæ tuæ.

Sicut te laudant Angeli , & omnes
virtu-

virtutes tuæ in regno cœlorum, ita
& ego exultans cum gloria in choro
sanctorum , laudem & glorificem
nomen tuum quod est sanctum &
gloriosum & regnans sem-
per per infinita secu-
la seculorum

Amen.



LITA-

LITANIÆ AD
CHRISTVM EX
SACRA SCR-
PTVR A.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Devs, Miserere
nobis.

Fili redemptor mūdi Devs, misere-
re nobis.

Spiritus sancte Devs, miserere
nobis.

Sancta Trinitas vnuis Devs, misere-
re nobis.

Iesu principium & finis,

Iesu cunctis gentibus de- Miserere
siderate, nobis.

Iesu omnipotens sermo,

exili-

exiliens e cœlo, à rega-
libus sedibus,

I E S V exultans vt Gigas ad
currēdām viam tuam,
I E S V sicut pluuiā in vellus
descendens.

I E S V sol oriens ex alto,
I E S V verbum caro factum
I E S V formam serui acci-
piens,

I E S V sicut sponsus proce-
dens de thalamo suo,

Miserere
nobis.

I E S V salutare D E I nostri,
I E S V oleum effusum no-
men tuum.

I E S V cuius principatus su-
per humerū eius,

I E S V cui luxerunt stellæ
cum iucunditate,

I E S V lux orta sedentibus
in vmbra mortis.

I E S V exortum in tenebris

lumen

lumen rectis corde,
Iesv quem adorant omnes reges terræ.

Iesv facte in terris viator & colone.

Iesv in terris vise & cum hominibus conuersate,
Iesv cui² deliciæ esse cum filijs hominum.

Iesv in quo patri benè complacuit.

Miserere nobis.

Iesv sapientia patris apriens os mutorum.

Iesv cuius cōuersatio non habet amaritudinem.

Iesv cuius coniunctus habet lætitiam & gaudium

Iesv Dux & præceptor gentium.

Iesv Legifer & Rex noster,

Iesv Doctor iustitiae,

Iesv

I E S V mitis & humilis
corde,

I E S V pauper & in labori-
bus à iuuentute tua,

I E S V in cuius amicitia est
delectatio bona,

I E S V in charitate perpetua
nos diligens,

I E S V in cuius ore dolus
non est inuentus,

I E S V in ruinam & resurre-
ctionem multorum po-
site,

I E S V cui præbuimus labo-
rem in delictis,

I E S V cui mala pro bonis &
odium pro dilectione
depositum,

I E S V sacerdos secundum
ordinem Melchisedech,

I E S V vir dolorum & sciens
infirmitatem.

Miserere
nobis.

I E S V pastor percusse & à
notis ac propinquis de-
relicte,

I E S V in quo omnium no-
strū iniquitates positæ,

I E S V dans corpus & maxil-
lam tuam percutienti-
bus , & genas tuas vel-
lentibus,

I E S V faciē tuam non auer-
tens ab increpantibus &
conspuentibus in te.

I E S V quasi agnus coram
tondente se obmutes-
cens,

I E S V propter scelera no-
stra attrite,

I E S V propter iniquitates
nostras vulnerate,

I E S V in quo à planta pedis,
vſq; ad verticem capitis
non est sanitas,

Miserere
nobis.

I E S V

I E S V morte turpissima
condemnate.

I E S V quasi agnus mansue-
tus ad victimam portate

I E S V sicut ouis ad occisio-
nem ducte.

I E S V felle & aceto in siti
potate,

I E S V facte pro nobis obe-
diens usque ad mortem
crucis,

I E S V opprobrium homi-
num & abiectione plebis,

I E S V facte in derisione om-
ni populo, & canticum
eorum tota die.

I E S V cum sceleratis de-
putate,

I E S V quasi leprosus & à
Deo percutitus reputate,

I E S V exemplar in monte
nobis monstratum.

Miserere

nobis.

I E S V agnus pro delictis
nostris immolate.

I E S V agnus ab origine
mundi occise.

I E S V cuius liuore sanati
sumus.

I E S V propitiatio pro pec-
catis nostris.

I E S V sanguine tuo pacifi-
cans omnia in cœlis & in
terris,

I E S V cuius prætioso fan-
guine redempti sumus. Miserere nobis.

I E S V sanguine tuo emun-
dans conscientiam no-
stram,

I E S V lauans nos à peccatis
nostris in sanguine tuo.

I E S V volens misericordi-
am & auferens iniqui-
tatem,

I E S V Nazarene Rex Iu-

O dæorum,

dæorum, Miserere nob.
I E S V Mediator DEI & ho-
minum.

I E S V projiciens in profun-
dum maris omnia pec-
cata nostra,

I E S V portas ereas & vectes
ferreos confringens,

I E S V gloriose ex mortuis
resurgens,

I E S V ascendens in altum
captiuam ducens capti-
uitatem,

I E S V spiritum sanctum su-
per omnem carnem ef-
fundens,

I E S V D E V S F O R T I S E T
S A L V A T O R mundi,

I E S V illuminatio, & forti-
tudo nostra,

I E S V scutum omnium in-
te sperantium,

Iesu

I E S V vitæ & mortis Do-
mine,

I E S V innouans & dispo-
nens omnia suauiter,

I E S V attingens à fine vſq;
ad finem fortiter,

I E S V dator gratiæ & gloriæ

I E S V salus, vita, & resurre-
ctio nostra,

I E S V per quem saluati &
liberati sumus,

I E S V nomen benedictum
ex hoc nunc & vſq; in se-
culum,

I E S V humilia respiciens in
cælo & in terra.

I E S V auctor & fons vitæ,

I E S V in quo omnis spes vi-
tæ & virtutis,

I E S V in quo gratia omnis
viæ & veritatis,

I E S V suscitans à terra ino-

Miserere

nobis.

pem & de stercore eri-
gens paupereim,
Iesv nomen sanctum su-
per nos inuocatum,
Iesv lux mudi illuminans
omnem hominem,
Iesv de cuius plenitudine
nos omnes accepimus,
Iesv turris fortitudinis à
facie inimici,
Iesv via veritas & vita,
Iesv Rex & caput super
omnem Ecclesiam con-
stitute,
Iesv Rex magne super
omnem terram,
Iesv Rex regum & Domi-
ne dominantium,
Iesv Domine virtutum &
Rex gloriæ,
Iesv Rex omnipotens in
cuius ditione cuncta

Miserere
nobis.

funt

sunt posita, Miserere nobis.
I E S V cui data est omnis po-
testas in cœlo & in terra,
I E S V quem adorant & co-
lunt omnia,
I E S V in quo & per quem
viuunt omnia,
I E S V verbo virtutis tuæ
omnia portans,
I E S V tua prouidentia cun-
cta gubernans,
I E S V vinculis charitatis
omnia ad te trahens,
I E S V tuo vultu omnia sa-
tians,
I E S V imago bonitatis D E I ,
I E S V candor lucis æternæ,
I E S V splendor gloriæ & fi-
gura substantiæ patris,
I E S V emanatio claritatis
omnipotentis D E I ,
I E S V speculum sine macu-

Miserere
nobis.

O ; la di-

la diuinæ Maiestatis,
 Iesv vapor virtutis Dei,
 Iesv super omnem dispositionem stellarum pulchrior,
 Iesv speciose forma præ filijs hominum,
 Iesv flos campi,
 Iesv lily conuallium,
 Iesv vitis vera fructificans suavitatem odoris,
 Iesv Botrus Cypri,
 Iesv quasi platanus exaltata iuxta aquas,
 Iesv Terebinthus ramos honoris & gratiæ extendens,
 Iesv aquæ ductus exiens de paradiſo,
 Iesv plantatio rosæ in Iericho,
 Iesv quasi palma exaltata

Miserere nobis.

in

in cades, Miserere nobis.
 I E S V myrrha electa dans
 suauitatem odoris,
 I E S V Oliua speciosa in
 campis,
 I E S V quasi Cedrus exalta-
 ta in Libano,
 I E S V Cypressus in monte
 Syon,
 I E S V cuius flores fructus
 honoris & honestatis,
 I E S V sicut Cinamomum
 & balsamum aromati-
 zans,
 I E S V cuius odor quasi bal-
 samum non mistum,
 I E S V Libanus non incisus
 vaporans habitationem
 tuam,
 I E S V cuius spiritus super
 mel dulcis,
 I E S V cuius hæreditas su-

Miserere
nobis.

per mel & fauum,
Iesu scientia Sanctorum,
Iesu dulcedo magna, quā
abscondisti timenti-
buste.

Iesu per nationes in ani-
mas sanctas te trans-
ferens,

Iesu Iudex viuorum &
mortuorum,

Iesu pater futuri seculi,
Iesu abstergens omnem
lachrymam ab oculis
sanctorum,

Iesu iustis reddens mer-
cedem laborū suorum,

Iesu vbertate domus tuæ
sanctos oēs inebrians,

Iesu torrente voluptatis
tuę sanctos oēs portans,

Iesu merces magna nimis
sanctorum omnium,

Miserere
nobis.

Pro-

Propitius esto, Parce nobis I E S V.
Propitius esto, Exaudi nos I E S V.
Ab omni malo, Libera nos I E S V.
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab insidijs diaboli,
A mala improvisa morte,
Ab ira, odio, & omni mala
voluntate,
A peste fame & bello,
A spiritu fornicationis,
A morte perpetua,
Per sanctam humilitatem
tuam,
Per sanctam obedientiam
tuam,
Per sanctam patientiam
tuam,
Per pijssimam misericor-
diam tuam,
Per dulcissimam benigni-
tatem tuam,

Libera
nos Iesu.

Per infinitam bonitatem tuam, Li-
bera nos Iesu.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt peccata nostra deleas,

Vt gratiam tuam nobis in-
fundas,

Vt nobiscum perpetuo
permaneas,

Vt cor nostrum possideas,

Vt animas nostras custo-
dias,

Vt corpora nostra pro-
tegas,

Vt sensus nostros regas,

Vt sermones & cogitatio-
nes nostras dirigas,

Vt opera nostra in tua pace
disponas,

Vt studia nostra in te pro-
moueas,

Vt mores nostros corrigas,

Vt imperfectum nostrum

Teroga-
mus au-
di nos.

suppleas

suppleas, Te rogamus audi nos,
Vt fidem nobis augeas,
Vt spem nobis addas,
Vt charitatem tuam in no-
bis accendas,
Vt veram paupertatem in
nobis nutrias,
Vt integrum castitatem
nobis præbeas,
Vt perfectam humilitatem
nobis tribuas,
Vt sanctam obedientiam in
nobis perficias,
Vt afflictiones nostras aspi-
cias,
Vt insidiantes hostes re-
pellas,
Vt omnes motus illicitos
in nobis reprimas,
Vt gubernatorib⁹ & supe-
rioribus nostris assistas,
Vt benefactoribus nostris

Teroga-
mus au-
di nos.

fem-

sempiterna bona retribus,
 Vt inimicis nostris indulgeas,
 Vt voluntatem tuam nos
 perpetuo facere doceas,
 Vt spiritum sanctum tuum
 in nobis foueas,
 Vt perseuerantiam in exe-
 quendis mandatis tuis
 nobis tribuas,
 Vt intra vulnera tua nos
 abscondas,
 Vt nos à te nunquam sepa-
 rari permittas,
 Vt finem fælicem nobis
 concedas,
 Vt animas nostras ad vitam
 æternam perducas,
 Vt orationes nostras ex-
 audias,
 IESV Christe filij Dei viui,

Te roga-
mus au-
di nos.

Agnus

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrieleison,

Christeeleison,

Kyrieleison.

Pater noster,

Et ne nos inducas.

LAUDATE pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & usq; in seculum.

A solis ortu usq; ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cœlos gloria eius.

Quis

Quis sicut Dominus Deus noster,
qui in altis habitat: & humilia
respicit in cœlo & in terra.

Suscitans à terra inopem: & de ster-
core erigens pauperein.

Vt collocet eum cum Principibus:
cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in do-
mo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui san-
cto,

Sicut erat in principio & nunc &
semper, & in secula seculorum,
Amen.

¶ Gustate & videte, quoniam suavis est
Dominus,

R. Beatus vir, qui sperat in eo.

¶ Ego autem in Domino gaudabo,

R. Et exultabo in Deo Iesu meo.

¶ Laudabo nomen Dei cum cantico,

R. Et magnificabo eum in laude,

¶ Narrabo nomen tuum fratribus meis,

R. In medio Ecclesiæ laudabo te.

Domi-

¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEVS qui glorioſo ac mirabili nomine dilectum vnicum tuum redemptorem nostrum IESVM appellare voluisti: concede propitius, ut qui eiusdem benedicti salvatoris nomen celebriter veneramur in terris, eius fælici confortio perenniter perfruamur in cœlis.

DOMINE IESV CHRISTE, qui dixisti: petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: quæsumus, da nobis petentibus sanctissimi tui nominis affectum, ut te toto corde, ore & opere diligamus, & à tua laude nunquam cessemus.

Pro-

Protector in te sperantium D e-
v s , sine quo nihil est vali-
dum , nihil sanctum : multipli-
ca super nos misericordiam tuam ,
vt te rectore , te duce , sic trans-
amus per bona temporalia , vt non
amittamus æterna ,

OMnipotens & misericors D e-
v s , vniuersa nobis aduersantia
propitiatus exclude : vt mente &
corpore pariter expediti , quæ tua
sunt , liberis mentibus exequamur .

DE v s qui per coæternam tibi
sapientiam , hominem , cum
non esset condidisti , perditumque
misericorditer reformasti : quæsu-
mus , vt eadem pectora nostra inspi-
rante , te tota mente amemus , & ad
te toto corde curramus .

Deus

D E u s qui omnipotentiam tuam
parcendo maximè & miseran-
do manifestas, multiplica super nos
misericordiam tuam, vt ad tua pro-
missa currentes, cœlestium bono-
rum facias esse consortes.

D E u s cuius misericordiæ non
est numer⁹, & bonitatis infini-
tus est thesaurus, pijssimæ maiestati
tuæ pro collatis donis gratias agi-
mus, tuam semper clementiam
exorantes, vt quipetentibus postu-
lata concedis, eosdem non dese-
rens, ad præmia futura disponas,
Per D O M I N U M nostrum I E-
S U M C H R I S T U M filium tu-
um, qui tecum viuit & regnat in
vnitate Spiritus sancti D E u s,
per omnia secula seculo-
rum, Amen.

Domi-

V Domine exaudi orationem meam,
R Et clamor meus ad te veniat.

V Benedicamus Domino,
R Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei
requiescant in pace.

Amen.



ALIAE

ALIÆ LITANIAE
AD CHRISTVM
DOMINVM.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis DEVS, Miserere nobis.

Fili redemptor mūdi DEVS, misere-
re nobis.

Spiritus sancte DEVS, miserere nobis.

Sancta Trinitas vnuis DEVS, misere-
re nobis.

IESV Fili Dei altissime,

IESV Fili MARIAE specio-
fissime,

IESV Nata formosissime,

IESV Infans elegantissime,

Miserere nobis.

Iesu

I E S V Pusille gratosissime,
I E S V Paruule bellissime,
I E S V Puer mellitissime,
I E S V Emanuel desideratissime,
I E S V messia exoptatissime,
I E S V iuuenis modestissime
I E S V Frater charissime,
I E S V Sponse pulcherrime,
I E S V Amator castissime,
I E S V Hospes gratissime,
I E S V Fili Dauid obedientissime,
I E S V Viator pauperrime,
I E S V Colone humilime,
I E S V Magister dulcissime,
I E S V Praeceptor suauissime,
I E S V Pater amantissime,
I E S V Pastor optime,
I E S V Protector securissime

Miserere
nobis.

Iesu

I E S V Dñe clementissime,

I E S V Adiutor præstantissime,

I E S V Rex mitissime,

I E S V Gubernator man-
suetissime,

I E S V Imperator inuictissime,

I E S V Dux bellicosissime,

I E S V Princeps nobilissime

I E S V Bellator fortissime,

I E S V Aduocate fidelissime

I E S V Fideiustor benignissime,

I E S V Consiliarie pruden-
tissime,

I E S V Medice peritissime,

I E S V Propheta dignissime

I E S V Legifer iustissime,

I E S V Operarie miraculo-
sissime,

I E S V Auxiliator promptissime,

Miserere
nobis.

Iesu

tissime, Miserere nobis.)

I E S V Custos diligentissime,

I E S V Consolator pijssime,
I E S V Susceptor iucundissime,

I E S V Sanctificator excell-
entissime,

I E S V Sacerdos sanctissime

I E S V Mercator ditissime,

I E S V Nutritor amabilis-
sime,

I E S V Hortulane patientissime,

I E S V Iustificator misericordissime,

I E S V Pontifex innocen-
tissime,

I E S V Mediator efficacissime,

I E S V Redemptor copio-
sissime,

Miserere
nobis.

Iesu

I E S V Saluator perfectissime,

I E S V Victor potentissime,

I E S V Triumphator glori-
osissime,

I E S V Eleuator magnifi-
centissime,

I E S V Iudex æquissime,

I E S V Remunerator libe-
ralissime,

I E S V Glorificator beatissime,

I E S V Largitor donorum
munificentissime,

I E S V Retributor omnium
bonorum largissime,

I E S V Æternitas imutabilis

I E S V Maiestas incompre-
hensibilis,

I E S V Fortitudo inexpug-
nabilis,

I E S V Potentia inuincibilis

Miserere
nobis.

Iesu

I E S V Amor admirabilis,
I E S V Veritas irreprehensibilis,
I E S V Misericordia delatibilis,
I E S V Prouidentia infallibilis,
I E S V Mansuetudo insuperabilis,
I E S V Patientia indefatigabilis,
I E S V Benignitas ineffabilis
I E S V Honor incomparabilis,
I E S V Gloria inæstimabilis,
I E S V Lilium castitatis,
I E S V Speculum paupertatis,
I E S V Norma obedientiæ,
I E S V Abyssus charitatis,
I E S V Forma iustitiæ,
I E S V Perfectio sanctitatis,

Miserere nobis.

Iesu

- I E S V Scutum fidei,
I E S V Spes immortalitatis,
I E S V Port^o tranquillitatis,
I E S V Sapientia cunctis
opibus melior,
I E S V Bonitas melle dul-
cior,
I E S V Dulcedo Nectare
delectabilior,
I E S V Pulchritudo lacte &
niue candidior, Miserere
I E S V Thesaure gemmis & nobis.
auro præciosior.
I E S V Delectatio manna
suauior,
I E S V Satietas cunctis diui-
tijs & honorib^o charior,
I E S V Iuge mentis conui-
uum,
I E S V Solatium perfectissi-
mum,
I E S V Gaudium plenissimum

I E S V Scientia altissima,

I E S V Humilitas profundi-
ssima,

I E S V Pietas dulcissima,

I E S V Exultatio iucundis-
sima,

I E S V Pax tutissima,

I E S V Vita fælicissima,

I E S V Beatitudo securis-
sima,

I E S V Securitas beatissima,

I E S V Lætitia sempiterna,

I E S V Iubilus Angelorum,

I E S V Gloria Patriarcha-
rum,

I E S V Honor Prophetarū,

I E S V Prudentia Aposto-
lorum,

I E S V Victoria Martyrum,

I E S V Scientia Confesso-
rum,

I E S V Sapientia Doctorum.

I E S V

I E S V Patientia Eremita-
rum,

I E S V Corona Virginum,

I E S V Deliciæ deuotorum,

I E S V Præmiū Electorum,

Propitius esto, Parce nobis Dñe.

Propitius esto, Exaudi nos Dñe.

Ab omni malo, Libera nos Dñe.

Ab omni peccato,

Ab omnibus peccatorum
periculis & aduersita-
tibus,

A subitanea & improuisa
mala morte,

A damnatione perpetua,

Per miraculosam concep-
tionem & nativitatem
tuam,

Per dulcem conuersatio-
nem tuam,

Per benedictam pauperta-
tem tuam,

Miserere
nobis.

Libera
nos Do-
mine.

Per humilem obedientiam
 tuam,
 Per immensam charitatem
 tuam,
 Per laboriosam prædica-
 tionem tuam,
 Per amaram passionem &
 mortem tuam,
 Per gloriosam resurrectionem
 & ascensionem
 tuam,
 Per missionem Spiritus
 sancti Paracleti,
 In die Iudicij,
 Peccatores, Te rogamus audi nos,
 Ut nobis parcas,
 Ut ad veram pœnitentiam
 nos perducere digneris,
 Ut gratiā S. Spiritus cordi-
 bus nostris clementer
 infundere digneris,
 Ut Ecclesiam tuā sanctam

Libera
nos Do-
mine.

Te roga
mus au
di nos.

defen-

defendere & propagare
digneris,

Vt nos ab immundis cogi-
tationibus & dēmonum
tentationibus liberare
digneris,

Vt nobis verā pacem, hu-
militatem, & charita-
tem largiri digneris,

Vt in gratia & seruitio tuo
perseuerantiam nobis
donare digneris,

Vt nobis in hora mortis
nostræ succurrere &
benedicere digneris,

Vt nos Collegio sancto-
rum tuorum sociare
digneris,

Vt nos exaudire digneris,

Fili D E I,

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Teroga-
mus au-
di nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
 Christe audi nos,
 Christe exaudi nos,
 Kyrieleison,
 Christeleison,
 Kyrieleison.
 Pater noster, Et ne nos inducas.

Dominus illuminatio mea, &
 salus mea: quem timebo.
 Dominus protector vita mea: à quo
 trepidabo?
 Dum appropiant super me nocen-
 tes: ut edant carnes meas.
 Qui tribulant me inimici mei: ipsi
 infirmati sunt, & ceciderunt.
 Si consistant aduersum me castra:
 non timebit cor meum.
 Si exurgat aduersum me prælium:

in

in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requi-
ram: vt inhabitem in domo Do-
mini omnibus diebus vitæ meæ

Vt videam voluntatem Domini: &
visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in taberna-
culo suo: in die malorū protexit
me in abscondito tabernaculi sui

In petra exaltauit me: & nunc exal-
tauit caput meum super inimi-
cos meos.

Circuiui & immolaui in taberna-
culo eius hostiam vociferationis:
cantabo & psalmum dicam Do-
mino.

Exaudi Domine vocem meam qua-
clamaui ad te: miserere mei &
exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te
facies mea: faciem tuam Domine
requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: & ne
declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto Domine, ne de-
relinquas me: neq; despicias me
Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea
dereliquerunt me: Dominus au-
tum assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via
tua: & dirige me in semitam re-
ctam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribu-
lantium me: quoniam insurrexe-
runt in me testes iniqui, & men-
tita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini: in ter-
ra viuentium.

Expecta Dominum, viriliter age, &
confortetur cor tuum: & sustine
Dominum.

Gloria Patri.

Sicut erat.

Bene-

¶ Benedicam Dominum in omni tempore,

R. Semper laus eius in ore meo.

¶ In Domino laudabitur anima mea,

R. Audiant mansueti & latentur.

¶ Magnificate Dominum mecum,

R. Et exaltemus nomen eius in idipsum.

¶ Gustate & videte quoniam suavis est Dominus,

R. Beatus vir qui sperat in eo,

¶ Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Majestatem tuam supplices deprecamur omnipotens Deus, ut animas nostras ab immundis cogitationibus, dæmonumque tentationibus purges, illæfasq; custodias, & Sancti Spiritus gratia illuminare digneris.

Benedictionem tuam, quæsumus Domine, super populum

P s tuum

tuum clementer effunde, quacor-
pore saluetur & mente, ut congru-
am tibi semper exhibeat seruitutē,
& propitiationis tuæ beneficia sem-
per inueniat.

Domine adiutor & protector
noster, adiuua nos, & refloreat
caro nostra & mens nostra vigore
pudicitiae & sanctimoniae nouitate,
& utrancq; substantiam nostram, de
manu tartari creptam, in resurre-
ctionis gaudium iubeas præsentari.

Concede quæsumus omnipo-
tentis Deus, sanctum nos spiri-
tum votis promereri sedulis, quate-
nus eius gratia, & ab omnibus libe-
remur temptationibus, & peccato-
rum nostrorum indulgentiam me-
reamur accipere.

Propitiare Domine supplicatio-
nibus nostris, & cœlesti nos be-
nignus

nignus protege auxilio, vt actiones nostras & præcedenti gratia tua dirigas, & subsequenti comitari digneris, & sic nos in tuo famulatu perseverantes, sub tuo semper præsidio gaudere concedas,

Propitius esto Domine peccatis nostris, & supplicationibus famulorum tuorum suscepis, omnium nostrum ad te corda conuerte, vt à terrenis cupiditatibus liberati, ad cœlestia desideria transeamus,

Omnipotens & misericors Deus, preces nostras in odorem suavitatis, cleméter suscipe, vt quos exaudire & incolumes seruare dignatus es, ab omni in posterum aduersitate custodias, & in tuo seruitio usq; in finem perseverare concedas, Per Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum, &c.

Domi-

¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,
¶ Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei
requiescant in pace.

Amen.



LITA-

LITANIAE PRO INFIRMIS.

KYrieleison.

Christeeleison.

Kyrieleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis D e v s , Miserere
nobis.

Fili redemptor mundi D e v s , Mi-
serere nobis.

Spiritus sancte D e v s , Miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus D e v s , Mi-
serere nobis.

Qui sanas contritos corde,

Qui vulneras & mederis,

Qui percutis & sanas,

Qui mortificas & viuificas,

Qui deducis ad inferos &
reducis,

Miserere

nobis.

Qui

Qui orantes in sua infirmitate curare consueisti,
Qui propter misericordiā tuam saluos facis omnes sperantes in te,
Qui Job vlcere pessimo percussum sanasti,
Qui Ezechiam ad te clamātem à morbo liberaſti,
Qui dæmonium à Sara depulisti,
Qui Tobiam lumen cœli videre fecisti,
Qui Chananaem pro filia post te clamantem exaudisti,
Qui socrum Petri à febri liberaſti,
Qui mulierem cōtractam ad perfectam sanitatem erexisti,
Qui filium principis iam

Miserere nobis.

mori

mori incipientem à fe-
bri saluasti,

Qui puerum Centurionis
verbo sanasti,

Qui paraliticos & leprosos
sanasti & mundasti,

Qui à spiritibus immundis
vexatos & obsessos li-
berasti,

Qui mulierem per tactum
fimbriæ tuæ à sanguinis
fluxu sanasti,

Miserere
nobis.

Qui surdos audire fecisti,
Qui claudis gressum resti-
tuisti,

Qui mutorum ora ape-
ruisti,

Qui cæcos illuminasti,

Qui omnes infirmos & æ-
grotos tangendo sanasti,

Qui omnes oneratos & la-
borantes reficis,

Qui

Qui omnes languores no-
 stros portasti,
 Qui filium mortuum ma-
 tri viduæ viuū restituisti,
 Qui filiam Archisynago-
 gæ ad vitam reuocasti,
 Qui Lazarum quatridua-
 num à mortuis resusci-
 tasti,
 Qui ægrotos visitaſti & vi-
 ſitantibus præmia æter-
 na promiſisti,
 Qui per umbrā petri mul-
 tos ab infirmitatibus su-
 is liberaſti,
 Qui per ſudaria & ſemicin-
 etia pauli multos infir-
 mos curaſti,
 Qui per oſſa Elifæi mortu-
 um ad vitam reuocasti,
 DEVS Adiutor & protector
 noſter,

Miferere
nobis.

Suſcep-

Susceptor & liberator
noster,
Refugium nostrum & cor-
nu salutis nostræ,
Fortitudo & patientia
nostra,
Saluator & redemptor
noster,
Propitius esto, Parce nobis Dñe,
Propitius esto, Exaudi nos Dñe,
Propitius esto, Libera nos Dñe,
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
Ab omni morbo & lan-
guore,
A peste & omni conta-
gione,
Ab omni impatientia &
pusillanimitate,
Ab insidijs diaboli,
A periculis mortis,
A doloribus inferni,

Miserere
nobis.Libera
nos Do-
mine.

A subitanea & improvisa
morte,
A damnatione perpetua,
Per tentationem tuam,
Per lachrymas & ærumnas
tuas,
Per labores & defatigatio-
nes tuas,
Per tristitiam & tedium
tuum,
Per pauorem & mærorum
tuum,
Per sitim & famem tuam,
Per agoniam & sanguine-
um sudorem tuum,
Per sacrosancta vulnera
tua,
Per pretiosum sanguinem
tuum,
Per crucem & passionem
tuam,
Per mortem & sepulturam

Libera
nos Do-
mine.

tuam,

tuam, Libera nos Domine.
Per gloriosam resurre-
ctionem tuam, } Libera
Per admirabilem ascensio- } nos Do-
nem tuam, } mine.
In die Iudicij,
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas,
Vt nobis indulgeas,
Vt spatiū veræ pœnitē-
tiæ nobis concedere
digneris,
Vt compunctionem cor-
dis, & fontē lachrymarū
nobis donare digneris,
Vt nos visitare & consolari
digneris,
Vt aerem salubrem & sani-
tatem mentis & corpo-
ris nobis largiri digneris
Vt indulgentiam & remis-
sionem omnium pecca-

Teroga-
mus au-
di nos.

torum

torum nobis concedere
digneris,

Vt gratiam & consolatio-
nem Sancti spiritus cor-
dibus nostris infundere
digneris,

Vt nobis in omni tribulati-
one nostra, succurrere &
patientiam donare dig-
neris,

Vt nos in hora mortis con-
tra omnes diaboli insi-
dias munire digneris,

Vt nos in gratia tua mori &
ad finem usq; perseuera-
re concedas.

Vt extrema nostra benedi-
cere & sanctificare dig-
neris,

Vt spiritum nostrum in ma-
n° tuas suscipe digneris,

Vt post obitum nostrum

Teroga-
mus au-
di nos.

para-

paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas , Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos,

Fili DEI, Te rogamus audi nos,
Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine,

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Miserere nobis,

Christe audi nos.

Christe exaudi nos,

Kyrieleison,

Christeeleison.

Kyrieleison.

Pater noster.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Incli-

Inclina ad me aurem tuam: accelera
ut eruas me.

Esto mihi in D E V M protectorem,
& in domum refugij: ut saluum
me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium
meum es tu : & propter nomen
tuū deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc , quem
absconderunt mihi: quoniam tu
es protector meus,

In manus tuas commendo spiritum
meum : redemisti me Domine,
D E V S veritatis,

Gloria Patri.

Sicut erat.

¶ Saluos fac seruos tuos,

¶ D E V S meus sperantes in te.

¶ Conuertere Domine usquequo.

¶ Et deprecabilis esto super seruos tuos.

¶ Esto nobis Domine turris fortitudinis,

¶ A facie inimici.

Nihil

- ¶ Nihil proficiat inimicus in nobis,
¶ Et filius iniquitatis non apponat noce-
re nobis.
¶ Adiutor noster esto ne derelinquas nos,
¶ Neque despicias nos Deus salutaris
noster.
¶ Adiuua nos Deus salutaris noster,
¶ Et propter gloriam nominis tui Domi-
ne libera nos.
¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEVS infirmitatis humanæ sin-
gulare præsidium , auxilij tui
virtutem super infirmos famulos
tuos clementer ostende, vt ope mi-
sericordiæ tuæ adiuti , Ecclesiæ tuæ
sanctæ incolumes repræsentari me-
reantur.

OMnipotens sempiterne DEVS,
infirmitatem nostram propi-
tius respice atq; ad sanandum & pro-
tegen-

tegendum nos dexteram tuæ maiestatis clementer extende.

DEVS qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis cōtriuisti superbiam, da nobis quēsumus, quæ idem pro nobis pertulit, digne recolere, sicq; exemplo eius, cuncta nobis aduersantia æquanimiter tolerare.

CONcede nos famulostuos, quēsumus Domine D E V S , perpetua mentis & corporis sanitatem gaudere , & gloriosa Beatæ Mariæ Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia & eterna perfrui lætitia.

DEVS humani generis benignissime conditor & misericordissime reformatoR, qui hominem inuidia diaboli ab eterna felicitate deiectum , vnigeniti filij tui prætiosum sanguine redemisti, viuifica nos famulostuos gratiæ tuæ vigore , & iacenti-

centib⁹ manum porrige salutarem;
reple nos omni gaudio cordis, & letitiae spirituali ; expelle à nobis omnes hostiles insidias, & mitte nobis medicum salutis angelum pacis, qui nos in angustijs positos consolationibus tuis attollat , quibus in praesenti consequamur auxilium , & in futuro præmia compræhendamus æterna,

Misericordiam tuam humiliter deprecamur omnipotens Deus, quæ amissam nobis gratiam reconciliet, atque munus patientiæ in illatis omnibus semper & ubique protegendo impertiat.

Deus sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces humiliter ad te clamantium, ut de omni aduersitate & egritudine liberati, perpetuate gra-

tiarum actione laudemus, Per Do-
minum nostrum, &c.

V Domine exaudi orationem meam.

R Et clamor meus ad te veniat.

V Benedicamus Domino,

R Deo gratias.

Fidelium animæ per misericordiam

Dei requiescant in pace.

Amen.



LITA-

LITANIE AD Deum Patrem,

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater sancte audi nos.

Pater iuste exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere
nobis.

Fili redemptor mundi Deus, misere-
re nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, misere-
re nobis.

Pater noster qui es in cœlis

Pater Domini nostri Iesu

Christi,

Miserere

Pater misericordiarum &

nobis.

Deus totius consolati-
onis,

Pater peccauimus in cœ-
lum & coram te,
Pater Deus benedictus in
fæcula,
Pater in spiritu & veritate
adorande,
Pater sine quo nemo venit
ad filium,
Pater gloriae & Domine
cœli & terræ,
Qui misisti filium in mun-
dum,
Ex quo omnis paternitas in
cœlo & in terra nomi-
natur,
Qui elegisti nos in filio an-
te mundi constitutio-
nem,
Qui prædestinasti nos in ad
optionem filiorum,
Qui mysteria abscondis
prudentibus & sapien-

Miserere
nobis.

tibus

tibus, & reuelas ea par-
uulis,

Qui benedixisti nos omni
benedictione spirituali
in cœlestibus,

Qui dimitis nobis pecca-
ta nostra;

Qui elegisti nos ut essemus
sancti & immaculati in
consp ectu tuo,

Qui das spiritum bonum
petentibus te,

Miserere
nobis.

Pater lumen à quo om-
ne bonum descendit,

Pater viuificans & mortu-
os suscitans,

Pater videns in abscondito
Agricola usq; modo ope-
rans,

Qui solem tuum oriri facis
super bonos & malos,

Qui pluis super iustos &

Q, 3 in-

iniustos, miserere nobis.
Qui numerasti omnes capillos capitum nostri,
Qui proprio filio non percisti, sed pro nobis omnibus tradidisti eum,
Qui vocasti nos in societatem filij tui,
Qui gratificasti nos in dilecto filio tuo,
Qui transstulisti nos in regnum filij dilectionis tuę, Miserere nobis.
Qui dignos nos fecisti in partem fortis sanctorū
Qui ad nuptias filij nos vocasti,
Qui dilexisti nos & dedisti cōsolationem æternam,
Qui sic dilexisti mundum ut filium vnigenitum dares,
Qui magnifica voce de cœlo de-

lo delapsa clarificasti fili-
um tuum,
Qui in filio tibi benè com-
placuisti,
Cui complacuit dare nobis
regnum,
Cuius faciem semper vi-
dent Angeli in cœlis,
Qui vt seruum redimeres,
filium tradidisti,
Qui talem charitatem de-
disti nobis, vt filij tui no-
minemur & simus,
Qui voluisti nos confor-
mes fieri imaginis filij
tui,
Qui es super omnes, & per
omnia, & in omnibus
nobis,
Qui parasti regnum ele-
ctis tuis antemundi
constitutionem,

Miserere
nobis.

Pater orphanorum, & iu-
dex viduarum,

Qui sine acceptione per-
sonarum iudicas secun-
dum opus vniuersitatisq;;

In cuius domo mansiones
multæ sunt,

Pater benigne, patiens, &
multæ misericordiæ,

Propitius esto, Parce nobis Dñe.

Propitius esto, Exaudi nos Dñe.

Propitius esto, Libera nos Dñe.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

A potestate diaboli,

Ab omnibus peccatorum
occasib; & tenta-
tionib;

Ab insidijs inimicorum
omnium,

Ab ira & odio & omni ma-
la voluntate,

Miserere
nobis.

Libera
nos Do-
mine.

Ab

Ab iminentibus peccato-
rum periculis,
Ab omnibus aduersitati-
bus & hostibus mentis
& corporis,
A damnatione perpetua.
Per altissimam, qua intue-
ris abyssos, scientiam
tuam,
Per immensam, qua omnia
ex nihilo creasti, poten-
tiam tuam,
Per suauem, qua cuncta
gubernas, prouidenti-
am tuam,
Per æternam, qua mun-
dum dilexisti, charita-
tem tuam,
Per infinitam, qua omnia
imples, bonitatem tu-
am
In die iudicij,

Libera
nos Do-
mine.

Peccatores,

Vt nomen tuum semper &
vbiq; sanctificetur,

Vt regnum tuum nobis ad-
uenire concedas,

Vt semper fiat voluntas tua
sicut in cœlo & in terra,

Vt panem nostrum quoti-
dianum nobis dare dig-
neris,

Vt nobis debita nostra cle-
menter dimittere dig-
neris,

Vt nos sub vmbra alarum
tuarum protegere, & ex
omni tentatione eripe-
re digneris,

Vt nos ab omni malo libe-
rare digneris,

Vt quod fideliter petimus,
efficaciter cōsequamur,

Pater in nomine filij tui,

Teroga-
mus au-
di nos.

Agnus

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Reconcilia nos Patri.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Da nobis accessum ad patrem.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Post hoc exilium ostende no-
bis Patrem.

Pater sancte Audinosis.

Pater iuste Exaudi nos.

Kyrieleison.

Christeleison.

Kyrieleison.

Pater noster,

Et ne nos inducas,

Domine clamaui ad te, exaudi
me: intend voci meæ, cùm
clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incen-
sum in conspectu tuo: eleuatio
manuum mearum sacrificium ve-
spertinum.

Pone

Pone Domine custodiam ori meo :
& ostium circumstantiæ labijs
meis,

Non declines cor meum in verba
malitiæ: ad excusandas excusatio-
nes in peccatis.

Cum hominibus operantibus ini-
quitatem: & non communicabo
cum electis eorum.

Corripet me iustus in misericordia
& increpabit me : oleum autem
peccatoris non impinguet caput
meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in
beneplacitis eorum : absorpti
sunt iuncti petræ iudices eorum.

Audient verba mea , quoniam po-
tuerunt : sicut crassitudo terræ
erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus in-
fernū, quia ad te Domine Do-
mine oculi mei : in te sperauī,

non

non auferas animam meam.
 Custodi me à laqueo , quem statuerunt mihi : & à scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius peccatores : singulariter sum ego donec transeam.

Gloria Patri.

- ℣ Protector noster aspice Deus,
- ℟ Et respice in faciem Christi tui.
- ℣ Memento nostri Domine in beneplacito tuo,
- ℟ Visita nos in salutari tuo.
- ℣ Ostende nobis Domine misericordiam tuam,
- ℟ Et salutare tuum da nobis.
- ℣ Domine Deus virtutum conuerte nos,
- ℟ Ostende faciem tuam & salui erimus.
- ℣ Domine exaudi orationem meam,
- ℟ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEVS qui in omnibus Ecclesiæ tuæ filijs , Christi filij tui voce mani-

manifestasti satorem te bonorum
seminum, & electorum palmitum
esse cultorem, tribue, quæsumus, fi-
delibus tuis, qui vinearum apud te
nomine cœsentur & segetum, ut spi-
narum & tribulorū squalore reseca-
to, digna efficiantur fruge fœundi.

Deu s qui hominem mirabiliter
creasti, & mirabilius redemi-
sti, da nobis quæsumus contra ob-
lectamenta peccati mentis ratione
persistere, & maiestati tuæ sincero
corde seruire.

Deu s incommutabilis virtus, &
lumen æternum, respice pro-
pitius ad toti⁹ Ecclesiæ tuæ corpus,
& opus salutis humanæ, perpetuæ
dispositionis effectu trāquilli⁹ ope-
rare, vt totus mundus experiatur &
videat deiecta erigi, inueterata re-
nouari & per ipsum redire omnia in
integrum

integrū, à quo sumpserē principiū.

DEVS celsitudo humiliū & fortitudo rectorum, qui per vni-
genitum filium tuum ita erudire
mundum dignatus es, ut omnis illi-
us actio, fieret nostra instructio, ex-
cita in nobis spiritus tui ferorem,
ut quod ille verbo & exemplo salu-
briter docuit, nos efficaciter imita-
ri valeamus.

DEVS qui filij tui passione mun-
do remedia contulisti, popu-
lum tuum, quæsumus, cœlesti dono
prosequere, ut & perfectam liber-
tatem consequi mereamur, & ad
vitam proficiamus æternam,

DEVS qui fidelium mentes vni-
us efficis voluntatis, da nobis
id amare quod præcipis, id deside-
rare quod promittis, ut inter mun-
danæ varietates ibi nostra fixa sint

cor-

corda, vbi vera sunt gaudia.

DEVS à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

¶ Domine exaudi orationem meam,

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace.

Amen.

SEP-

PSALMI POENI-
TENTIALES.Antiph. *Nem reminiscaris.*

PSALMVS I.



Omine ne in furore
tuo arguas me: neq; in
ira tua corripias me.
Miserere mei Domi-
ne, quoniam infirmus
sum: sana me Domine, quoniam
conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed
tu Domine usquequo?

Conuertere Domine, & eripe ani-
mam meam: saluum me fac pro-
pter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui me-
mor sit tui: in inferno autem quis
confitebitur tibi?

Labo-

Laborauit in gemitu meo, lauabo
per singulas noctes lectum me-
um: lachrymis meis stratum me-
um rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus:
inueterauit inter omnes inimicos
meos.

Discedite à me omnes qui operami-
ni iniquitatem: quoniam exaudi-
uit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Domin⁹ deprecationem
meam: Dominus orationem me-
am suscepit.

Erubescant & conturbentur vehe-
menter omnes inimici mei: con-
uertantur & erubescant valde
velociter.

Gloria Patri.

P S A L M V S II.

BEATI quorum remissæ sunt ini-
quitates: & quorum tecta sunt
peccata.

Beatus

Beatus vir cui non imputauit domi-
nus peccatum : nec est in spiritu
eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt of-
famea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est
super me manus tua : conuersus
sum in ærumna mea dum confi-
gitur spina.

Delictum meum cognitum tibi fe-
ci : & iniustitiam meam non ab-
scondi.

Dixi confitebor aduersum me iniu-
sticiā meam Domino : & tu remi-
sistī impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus :
in tempore opportuno.

Veruntamen in diluvio aquarum
multarum : ad eum non appro-
xiimabunt.

Tu es refugium meum à tribula-
tione quæ circumdedit me : ex-
ulta-

ultatio mea , erue me à circun-
dantibus me.

Intellectum tibi dabo , & instruam
te in via hac qua gradieris : firma-
bo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus :
quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum
constringe: qui non approximant
ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantē
autem in Domino misericordia
circundabit.

Lætamini in D O M I N O & exulta-
te iusti : & gloria in omnes re-
eti corde.

Gloria Patri.

Sicut erat.

P S A L M V S III.

D Omne ne in furore tuo argu-
as me : neq; in ira tua corri-
pias me.

Quo-

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt
mihi: & confirmasti super me ma-
num tuām.

Non est sanitas in carne mea à facie
iræ tuæ: non est pax ossibus meis
à facie peccatorum meorum..

Quoniam iniqüitates meæ super-
gressæ sunt caput meum: & sicut
onus graue grauatæ sunt super
me.

Putruerūt & corruptæ sunt cicatri-
ces meæ: à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum , & curuatus sum
vſq; in finem : tota die contrista-
tus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt
illusionibus: & non est sanitas in
carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum
nimis : rugiebam à gemitu cor-
dis mei.

Domine ante te omne desiderium
me-

meum: & gemitus meus à te non
est absconditus.

Cormeum conturbatum est, dere-
liquit me virtus mea: & lumen
oculorum meorum, & ipsum
non est mecum.

Amici mei & proximi mei: aduer-
sum me appropinquauerunt &
steterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè ste-
terunt: & vim faciebant qui qua-
rebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, lo-
cuti sunt vanitates: & dolos tota
die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non au-
diebam: & sicut mutus non ape-
riens os suum.

Et factus sum sicut homo non audi-
ens: & non habens in ore suo re-
dargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: tu

ex-

exaudiens me Domine Deus meus.
Quia dixi, ne quando supergaudeant
mihi inimici mei: & dum conmo-
uentur pedes mei, super me mag-
na locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus
sum: & dolor meus in conspectu
meo semper.

Quoniam iniquitatem meam an-
nunciabo: & cogitabo pro pec-
cato meo.

Inimici autem mei viuunt, & confir-
mati sunt super me: & multipli-
cati sunt qui oderunt me iniqui.

Qui retribuunt mala pro bonis, de-
trahebant mihi: quoniam seque-
bar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus
meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum: Do-
mine Deus salutis meæ.

Gloria Patri.

PSAL-

PsALMVS IV.

Miserere mei DEVS : secundum
magnam misericordiam tuā.
Et secundūm multitudinem misera-
tionum tuarum : dele iniquita-
tem meam.

Amplius laua me ab iniuitate mea:
& à peccato meo munda me.

Quoniam iniuitatem meam ego
cognosco : & peccatum meum
contra me est semper.

Tibi soli peccaui , & malum coram
te feci : vt iustificeris in sermoni-
bus tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniuitatibus conce-
ptus sum : & in peccatis conce-
pit me mater mea.

Ecce enim veritatē dilexisti : in cer-
ta & occulta sapientiæ tuæ mani-
festasti mihi.

Asperges me Domine hyssopo &
mundabor : lauabis me, & super-
niuem

niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exultabūt ossa humiliata.
Auerte faciem tuā à peccatis meis :
& omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me D E V S : &
spiritum rectum innoua in viscere-
ribus meis.

Neproijcias me à facie tua:& Spiritum sanctum tuū ne auferas à me
Redde mihi lætitiam salutaris tui:&
spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impij
ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus D e v s
D e v s salutis meæ : & exultabit
lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciat laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sacrificium
dedissem utiq; : holocaustis non
delectaberis.

Sacrificium D e o spiritus contribu-
latus : cor contritum & humilia-
tum D e v s non despicies.

Benigne fac Domine in bona vo-
luntate tua Sion : vt ædificantur
muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificiū iustitiæ,
oblationes & holocausta : tunc
imponent super altare tuum vi-
tulos. Gloria Patri.

P S A L M V S V.

Domine exaudi orationem meā:
& clamor meus ad te eveniat.

Non auertas faciem tuam à me : in
quacunq; die tribulor, inclina ad
me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te : ve-
lociter exaudi me.

Quia defecerūt sicut fum⁹ dies mei:
& ossa mea sicut cremiū aruerūt.

Percussus sum vt fœnum , & aruit
cor meum: quia oblitus sum co-
mede-

medere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus sum, sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quia cinerē tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allifisti me.

Dies mei sicut umbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in eternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens Domine misereberis

Sion : quia tempus miserendi eius,
quia venit tempus.

Quoniā placuerūt seruistuis lapides
eius : & terræ eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum
Domine : & omnes reges terræ
gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion : &
videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium :
& non spreuit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera : & populus qui creabitur,
laudabit D O M I N U M .

Quia prospexit de excelsa sancto
fuo: Dñs de cælo in terrâ aspexit.

Vt audiret gemitus competitorum:
vt solueret filios interemptorū.

Vt annuncient in Sion nomen Dñi:
& laudem eius in Hierusalem.

In conueniendo populos in vnum:
& reges vt seruiant Domino.

Respon-

Respōdit ei in via virtutis sue: paucitatē dierum meorū nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum : in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Dñe terrā fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur. Gloria Patri, &c.

PSALMVS VI.

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentæ: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domi-
ne: Domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & pro-
pter legem tuam sustinuit te Dñe.
Sustinuit anima mea in verbo eius:
sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina usq; ad noctem
speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia:
& copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus
iniquitatibus eius.
Gloria Patri.

P S A L M V S VII.

D Omine exaudi orationem me-
am auribus percipe obsecra-
tionem meam: & in veritate tua
exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudiciū cum seruo
tuo: quia non iustificabitur in
conspicere tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus ani-
mam

mam meam : humiliauit in terra
vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi: & anxiatus est su-
per me spiritus meus , in me
turbatum est cor meum.

Memor fui dierū antiquorum me-
ditatus sum in omnibus operibus
tuis : & in factis manum tuarum
meditabar.

Expandi manus meas ad te : anima
mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defe-
cit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me:& si-
milis ero descendētibus in lacū.

Auditam fac mihi manē misericor-
diam tuam: quia in te sporaui.

Notā fac mihi viam in qua ambulē:
quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine
ad te confugi: doce me facere vo-

Iuntatem tuam , quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter nomen tuum Domine , vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione anima meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri, &c.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra , vel parentum nostrorum , neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITA-

LITANIAE DE OMNIBVS SANCTIS.

KYRIE ELEISON.
CHRISTEE ELEISON.

KYRIE ELEISON.
CHRISTE AUDI NOS.
CHRISTE EXAUDI NOS.

PATER DE CÆLIS DEVS, MISERERE
NOBIS.

FILI REDEMPTOR MUNDI DEVS, MISERERE
NOBIS.

SPRITUS SANCTE DEVS, MISERERE
NOBIS.

SANCTA TRINITAS VNUS DEVS, MISERERE
NOBIS.

SANCTA MARIA,
SANCTA DEI GENITRIX,
SANCTA VIRGO VIRGINUM,
SANCTE MICHAEL,
SANCTE GABRIEL,

Ora pro
nobis.

R S

SANCTE

Sancte Raphael, Ora pro nobis,
Omnes sancti Angeli & Archange-
li, Orate pro nobis.

Omnes sancti beatorum spirituum
ordines, Orate pro nobis.

Sancte Ioannes Baptista, Ora pro.
Omnes sancti Patriarchæ & Pro-
phetæ, Orate pro nobis.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Iacobe,

Sancte Ioannes,

Sancte Thoma,

Sancte Iacobe,

Sancte Philippe,

Sancte Bartholomæ,

Sancte Matthæ,

Sancte Simon,

Sancte Thadæ,

Sancte Matthia,

Sancte Barnaba,

Ora pro
nobis.

Sancte

Sancte Luca, Ora pro nobis.

Sancte Marce, Ora pro nobis.

Omnes sancti Apostoli &

Euangelistæ,

Omnes sancti Discipuli

Domini,

Omnes sancti Innocentes,

Sancte Stephane,

Sancte Laurenti,

Sancte vincenti,

Sancti Fabiane & Seba-
stiane,

Sancti Ioannes & Paule,

Sancti Cosma & Damiane,

Sancti Geruasi & Protasi,

Omnes sancti Martyres,

Sancte Siluester,

Sancte Gregori,

Sancte Ambrosi,

Sancte Augustine,

Sancte Hieronyme,

Sancte Martine,

Orate pro
nobis.

Ora pro
nobis.

Orate pro
nobis.

Ora pro
nobis,

Sancte

Sancte Nicolae, Ora pro nobis.
 Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro nobis.
 Omnes sancti Doctores, Orate pro nobis.
 Sancte Benedicte,
 Sancte Antoni,
 Sancte Bernarde,
 Sancte Dominice,
 Sancte Francisce,
 Omnes sancti Monachi & Eremitæ, Orate pro nobis,
 Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ, Orate pro nobis.
 Sancta Maria Magdalena,
 Sancta Agatha,
 Sancta Lucia,
 Sancta Agnes,
 Sancta Cæcilia,
 Sancta Catharina,
 Sancta Anastasia,
 Omnes sanctæ Virgines &

Ora pro
nobis.

Ora pro
nobis.

Viduæ,

Viduæ, Orate pro nobis.
Omnes sancti & sanctæ Dei, Intercedite pro nobis,
Propitius esto, Parce nobis Dñe.
Propitius esto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
A subitanea & improvisa
morte,
Ab insidijs diaboli,
Ab ira, & odio, & omni
mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure & tempestate,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,
Per aduentum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per baptismum & sanctum
ieiunium tuum,

Libera
nos Do-
mine.

Per

Per crucem & passionem
tuam,

Per mortem & sepulturam
tuam,

Per sanctam resurrectionem tuam,

Per admirabilem ascensionem tuam,

Per aduentum Spiritus sancti paracliti,

In die Iudicij,

Peccatores Te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas,

Vt nobis indulgeas,

Vt ad veram pœnitentiam
nos perducere digneris,

Vt Ecclesiam tuam sanctam
regere & conseruare
digneris,

Vt dominum Apostolicum,
& omnes Ecclesiasticos
ordines in sancta religio

Libera
nos Do-
mine.

Te roga
mus au-
di nos.

ne

ne conseruare digneris,
Vt inimicos sanctæ Eccle-
siæ humiliare digneris,
Vt Regibus & principibus
Christianis pacem & ve-
ram concordiam dona-
re digneris,
Vt cuncto populo Christi-
ano pacem & unitatem
largiri digneris,
Vt nosmetipos in tuo san-
cto seruitio confortare
& conseruare digneris,
Vt mentes nostras ad cœle-
stia desideria erigas,
Vt omnibus benefactori-
bus nostris sempiterna
bona retribuas,
Vt animas nostras, fratrum,
propinquorum & be-
nefactorum nostrorum
ab æterna damnatione

Teroga-
mus au-
di nos.

eripi-

ne eripias, Te rogamus audi nos.
 Ut fructus terræ dare &
 conseruare digneris,
 Ut omnibus fidelibus de-
 functis requiem æter-
 nam donare digneris,
 Ut nos exaudire digneris,
 Fili DEI.
 Agnus DEI qui tollis peccata mun-
 di, Parce nobis Domine.
 Agnus DEI qui tollis peccata mun-
 di, Exaudi nos Domine.
 Agnus DEI qui tollis peccata mun-
 di, Miserere nobis.
 Christe audi nos,
 Christe exaudi nos,
 Kyrie eleison,
 Christeeleison,
 Kyrie eleison.
 Pater noster.
 Et ne nos inducas.
 Sed libera nos.

Te roga-
mus au-
di nos.

DEVS

DEVS in adiutorium meum intende : Domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur & reuercantur : qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum , & erubescant : qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes : qui dicunt mihi euge, euge,
Exultent & lætetur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus , & pauper sum :
D E V S adiuua me.

Adiutor meus , & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c.

¶ Saluos fac seruos tuos,

¶ D E V S meus sperantes in te.

¶ Esto nobis Domine turris fortitudinis ,

¶ A facie inimici.

Nihil

- ℣ Nihil proficiat inimicus in nobis,
℟ Et filius iniquitatis non apponat no-
cere nobis,
℣ Domine non secundum peccata nostra
facias nobis,
℟ Neque secundum iniquitates nostras
retribuas nobis.
℣ Oremus pro Pontifice nostro N.
℟ Dominus conseruet eum, & viuificit
eum & beatum faciat eum in terra, &
non tradat eum in animam inimico-
rum eius.
℣ Oremus pro benefactoribus nostris,
℟ Retribuere dignare Domine omnibus
nobis bona facientibus propter nomen
tuum vitam æternam. Amen.
℣ Oremus pro fidelibus defunctis,
℟ Requiem æternam dona eis Domine
& lux perpetua luceat eius.
℣ Requiescant in pace,
℟ Amen.
℣ Pro fratribus nostris absentibus,
℟ Saluos fac seruos tuos D E V S meus spe-
rantes in te.
℣ Mitte eis Domine auxilium de sancto,
℟ Et de Sion tuere eos.

Domi-

¶ Domine exaudi orationem meam.
¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEUS, cui proprium est misere-
ri semper & parcere, suscipe
deprecationem nostram: ut nos &
omnes famulos tuos, quos delicto-
rum catena constringit, miseratio-
tuæ pietatis clementer absoluat,

EXaudi quæsumus Domine sup-
plicum preces, & confitentium
tibi parce peccatis: ut pariter no-
bis indulgentiam tribuas benignus
& pacem.

INeffabilem nobis Domine mise-
ricordiam tuam cleméter osten-
de: ut simul nos & à peccatis omni-
bus exuas, & à pœnis, quas pro his,
meremur eripias.

Deus

DEVS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

OMNIPOTENS sempiterne DEVS, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuā clementiam in viam salutis eter-næ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEVS, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VERE igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domi-ne:

ne: vt tibi casto corpore seruiamus,
& mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum, familiarumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus, consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cepta finiatur,

Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumq; misericordis, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosq; vel praefens secu-

seculum adhuc in carne retinet, vel futurū iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,
¶ Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei
requiescant in pace.
Amen.

OCTO

OCTO VERSVS SANCTI BER- NARDI.



Llumina Domine
oculos meos, ne vnu-
quam obdormia in
morte: ne quando
dicat inimicus meus, præualui
aduersus eum.

In manus tuas commendo spiritum
meum: redemisti me Domine
Deus veritatis.

Locutus sum in lingua mea: notum
fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis
est: ut sciam quid desit mihi.

Fac mecum signum in bonum, vt
videant, qui oderunt me, & con-
fundantur: quoniam tu Domine
adiuuisti me & consolatus es me.

Diru-


Dirupisti Domine vincula mea: tibi
sacrificabo hostiam laudis, & no-
men Domini inuocabo.

Periit fuga à me : & non est qui re-
quirat animam meam.

Clamaui ad te Domine : dixi tu es
spes mea, portio mea in terra vi-
uentium.

Gloria Patri.

Sicut erat.



LITA-

LITANIÆ AD SANCTOS PA- TRONOS.

KYrieleison.

Christeeleison.

Kyrieleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere
nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Mi-
serere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Mi-
serere nobis.

Sancta MARIA, mater DEI, Ora
pro nobis.

Sancte Michael, Ora pro nobis,

Sancte N. Ora pro nobis,

Omnes sancti beatorum spirituum

S ordines,

- ordines, Orate pro nobis.
 Sancte Ioannes Baptista, Ora pro.
 Sancte N. Ora pro nobis.
 Omnes sancti Patriarchæ & Pro-
 phetæ, Orate pro nobis.
- Sancte Petre,
 Sancte Paulæ,
 Sancte Andrea,
 Sancte Ioannes,
 Sancte N.
- Omnes sancti Apostoli, Euangelistæ
 & discipuli Dñi, Orate pro nob.
- Sancte Stephane,
 Sancte Laurenti,
 Sancte Sebastianæ,
 Sancte Georgi,
 Sancte N.
- Omnes sancti Martyres, Orate.
- Sancte Augustine,
 Sancte Hieronyme,
 Sancte Martine,
 Sancte Nicolae,
- } Ora pro
nobis.
- } Ora pro
nobis,
- } Ora pro
nobis.
- } Sancte

Sancte N. Ora pro nobis.

Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro nobis.

Sancte Antoni,

Sancte Benedicte,

Sancte Bernharde,

Sancte Dominice,

Sancte Francisce,

Sancte N.

Ora pro
nobis.

Omnes S. Sacerdotes, Monachi & Eremitæ, Orate pro nobis.

Sancta Maria Magdalena,

Sancta Anna,

Sancta Catharina,

Sancta Barbara,

Sancta N.

Ora pro
nobis.

Omnes sanctæ Virgines & Viduæ,

Orate pro nobis.

Omnes sancti & sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Dñe.

Propitius esto, Exaudi nos Dñe.

Ab omni malo, Libera nos Dñe.

Ab omni peccato,

Ab omnibus periculis ani-
mæ & corporis,

Ab amaro corde & omni
mala voluntate,

A mala & æterna morte,

Per virtutem potentię tuę,

Per viscera misericordiaę
tuę,

Per dulcedinem bonitatis
tuę,

Per altitudinem sapientiaę
tuę,

Per maiestatem glorię tuę,

Per magnitudinem beatifi-
tudinis tuę,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas,

Vt cor contritum & humili-
atum nobis dones,

Vt fidem, spem, & charita-

Libera
nos Do-
mine.

Te roga-
mus au-
di nos.

tem

tem nobis infundas,
Vt Ecclesiam tuā sanctam
continua protectione
custodias,

Vt ab omnibus Ecclesiæ
gradibus fideliter tibi
feruiatur,

Vt in omni tribulatione
nostra nobis succur-
rere digneris,

Vt ad vitam sempiternam
nos perducere digneris,

Fili DEI,

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrie eleison,

Teroga-
mus au-
di nos.

Christeeleison,

Kyrieleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas.

¶ Vias tuas Domine demonstra mihi,

R: Et semitas tuas edoce me. (me,

¶ Dirige me Dñe in veritate tua & doce

R: Quia tu es Deus saluator meus.

¶ Respice in me Domine & miserere mei,

R: De necessitatibus meis erue me.

¶ Domine exaudi orationem meam.

R: Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui sanctis tuis ad tantam gloria inveniendi copiosum munus gratiae contulisti, da nobis famulis tuis nostrorum veniam peccatorum, ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersis liberari, & in æterna beatitudine de eorum societate sine fine gaudere.

Deus

DEVS qui nos à seculi vanitate conuersos ad brauium supernæ vocationis accendis, pectotribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perseueremus, infunde, ut protectionis tuę muniti præsidijs, quod te donāte promisimus, te adiuuante impleam⁹, & nostræ professionis executores effecti, ad ea, quæ perseuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus.

Domine IESV CHRISTE lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde benedictionem tuam super populū tuum, sanctifica nos lumine gratiæ tuæ, & concede propitius, ut corda nostra inuisibili igne amoris tui, & sancti Spiritus splendorcæ illustrata, omnium vitiorum

cæcitate careant, ut purgato mentis
oculo, ea semper cernere possimus,
quæ tibi sunt placita, & nostræ saluti
sunt vtilia , quatenus post huius se-
culi caliginosa discrimina, ad lucem
indeficientē peruenire mereamur ,
Qui viuis & regnas cum D e o Patre
in unitate Spiritus Sancti Devs, per
omnia secula seculorum, Amen.

¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,
¶ D e o gratias.

Fidelium animæ per misericordiam
D e i requiescant in pace.
Amen.

LITA-

LITANIAE PRO GERMANIA.

AD S A N C T O S
Germaniae.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis D e v s , Miserere
nobis.

Fili redemptor mūdi D e v s , misere-
re nobis.

Spiritus sancte D e v s , miserere
nobis.

Sancta Trinitas vnus D e v s , misere-
re nobis.

Sancta M A R I A ,

Sancta D e i genitrix,

Sancta virgo virginum,

Ora pro
nobis.

- Sancte Michael,
 Sancte Gabriel,
 Sancte Raphael,
 Sancte Archangele Ger-
 maniae princeps,
 Omnes Sancti Angeli &
 Archangeli in Ger-
 mania praesides & cu-
 stodes,
 Omnes Sancti beatorum
 spirituum ordines,
 Sancte Ioannes Baptista,
 Sancte Petre,
 Sancte Paule,
 Sancte Thoma,
 Sancte Luca,
 Omnes sancti Apostoli & Euange-
 listae, Orate pro nobis.
 Sancte Euchari
 Sancte Valeri
 Sancte Materne,
 Sancte Luci,
 Sancte
- } Ora pro nobis.
- } Orate pro nobis.
- } Ora pro nobis.
- } Ora pro nobis.

Sancte Marce, Ora pro nobis.

Sancte Andronice, Ora pro nobis,

Sancte Ægypte, Ora pro nobis.

Omnes Sancti discipuli Domini,

Orate pro nobis.

Sancte Bonifaci,

Sancte Pauline,

Sancte Euergiste

Sancte Narcisce

Sancte Chyliane

Sancte Maximiliane,

Sancte Emerane,

Sancte Vigili

Sancte Lamberte,

Sancte Albane,

Sacré Palmachi cum socijs, Orate.

Sancte Mauriti, & omnes Thebæi

martyres, Orate pro nobis,

Omnes Sancti martyres, Orate pro.

Sancte Seuerine, Ora pro nobis.

Sancte Cuniberte, Ora pro nobis.

Sancte Maximine, Ora pro nobis.

Ora pro
nobis.

Sancte

Sancte Lulle,
Sancte Ruperte,
Sancte Anischari,
Sancte Remberte,
Sancte Vdalrice,
Sancte VVolfgange,
Sancte Conrade,
Sancte Burcharde,
Sancte Corbiniane,
Sancte Arbogaste,
Sancte VVilibalde,
Sancte Norberte.

Sancte Ludgere,
Sancte Ottho,
Sancte Hildegrine,
Sancte Huberte,
Sancte Alfride,

Sancte Benno,

Omnes sancti pontifices & confes-
sores, Orate pro nobis.

Omnes sancti Doctores, Orate
pro nobis,

S. Beate

Ora pro
nobis.

Sancte Beate,
Sancte Galle,
Sancte Othimare,
Sancte Magne,
Sancte VVunibalde,
Sancte Carole,
Sancte Heinrice,
Sancte Stephane,
Sancte Leopolde,
Sancte Roberte,
Omnes Sancti Sacerdotes & Leui-
tæ, Orate pro nobis.
Omnes sancti Monachi & Eremi-
tæ, Orate pro nobis,
Sancta Chunegunda,
Sancta Hildegarda,
Sancta Otthilia,
Sancta Mechtildes,
Sancta VValburga,
Sancta Mathildes,
Sancta Affra,
Sancta Elisabetha,

Ora pro
nobis.

Ora pro
nobis.

Sancta

Sancta Ursula cum sodalibus, Orate
Omnes sanctæ virgines & viduæ,
Orate pro nobis.

Omnes sancti & sanctæ Dei qui
vnquam in Germania vixistis,
Orate pro nobis.

Omnes sancti & sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Propitius esto. Parce nobis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni peccato, Libera nos Dominus.

Ab imminentibus peccatorum periculis,

A spiritu superbiæ & apostasie,

A vanitate & cæcitate mentis,

A comedationibus, ebrietatibus, & omni studio ventris,

Libera nos Domine.

A de-

A desiderijs & libertate
carnis.

A spiritu blasphemiae,
Ab odio, contemptu,
& neglectu rerum sa-
crarum,

A profanatione templo-
rum & omni sacrilegio,

A seditionibus, dissidijs,
bellis & oñi rebellione,
A peste, fame, & clade,
A tyrannide, & ferocia
principum,

A iugo Turcico, & pote-
state infidelium,

Ab omni hæresi & schis-
mate,

Ab omni spiritu munda-
no, & prophano,

I E S V C H R I S T E fili D E I
& M A R I Æ, per pacifi-
cum aduentum tuum,

Libera
nos Do-
minc.

I E S V

IESV CHRISTE salus, & spes
nostra, per dulcissimum
nomen tuum,

Libera
nos Do-
mine.

IESV CHRISTE redemptor,
& saluator mundi, per
sacrosanctum corpus, &
sanguinem tuum,

Peccatores, Terogamus audi nos.

Vt Pontificem & omnes
Episcopos ad pacifi-
candam, & reformatio-
nam Ecclesiam exci-
tes, atq; dirigas,

Vt Imperatorem, Electo-
res, ac principes omnes
verè Catholicos, & Ca-
tholicæ fidei propugna-
tores efficias,

Teroga-
mus au-
di nos.

Vt omnes Imperij ordines
ad fidei unitatem, & Ec-
clesiæ obedientiam re-
ducas,

Vt

Vt omnes hæreses, & in fide
errores profligare,
& extirpare digneris,

Vt clerū Germaniæ à scan-
dalis, vitæq; licentia, &
turpitudine liberes,

Vt inimicos Ecclesiæ hu-
miliare, & ad viam ve-
ritatis conuertere dig-
neris,

Vt populos aquilonares
ad studium pacis, &
unitatis reuoces,

Vt Catholicorum gemi-
tus exaudire digneris,

Vt viuificum & perpetu-
um Ecclesiæ sacrifici-
um in Germania reti-
neri & digne celebrari
concedas,

Vt animabus fidelium de-
functorum, præsertim

Te roga-
mus au-
di nos.

quæ

quæ in Germania de-
fraudantur suffragijs,
requiem æternam do-
nare digneris,

} Teroga-
mus au-
di nos.

Vt nos exaudiere digneris,

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrieleison,

Christeeleison.

Kyrieleison.

Pater noster,

Et ne nos inducas,

Sed libera nos.

DEVS venerunt gentes in hæ-
reditatem tuam, polluerunt
tem-

templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam,

Posuerūt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cœli:carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.

Effuderunt sanguinem ipsorum, tāquam aquam, in circuitu Hierusalem:& non erat qui sepeliret.

Facti sum⁹ opprobrium vicinis nostris : subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Vſquequo Domine iraſceris in finem : accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerūt:& in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comedenterunt Iacob: & locum eius desolauerunt.

Nememineris iniuitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos

nos misericordiæ tuæ: quia pau-
peres facti sumus nimis.

Aduua nos D E V S salutaris noster,
& propter gloriam nominis tui
Domine libera nos: & propitius
esto peccatis nostris propter no-
mentuum.

Ne forte dicant in gentibus, vbi est
D E V S eorum? & innotescat in
nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorum tuorum
qui effusus est: introeat in con-
spectu tuo gemitus cōpeditorū.
Secundum magnitudinem brachij
tui: posside filios mortificatorū.

Et redde vicinis nostris septuplum
in sinu eorum: improprium ip-
orum, quod exprobauerunt tibi
Domine.

Nos autem populus tuus, & oves
pascuæ tuæ: confitebimur tibi
in sæculum.

In

In generatione & generationem: annunciamus laudem tuam.

Gloria Patri.

- v. Iudica Domine nocentes nos,
R. Expugna impugnantes nos.
v. Apprehende arma & scutum,
R. Et exurge in adiutorium nostrum.
v. Eripe nos de manibus inimicorum nostrorum.
R. Et de persequentibus nos.
v. Disperde illos in virtute tua,
R. Et depone eos protector noster domine.
v. Fiant tāquam puluis ante faciem venti,
R. Et Angelus domini persequens eos.
v. Irruat super eos formido & pauor,
R. In magnitudine brachij tui.
v. Hostium nostrorum dñe elide superbiā,
R. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ
virtute prosterne.
v. Netradas bestijs animas confitentium
tibi.
R. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
v. Domine exaudi orationem meam,
R. Et clamor meus ad te veniat.

Ore-

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus,
in cuius manu sunt omniū po-
testates, & omnium iura regnum,
respice in auxilium Christianorum,
vt gentes paganorum, quæ in sua fe-
ritate confidunt, dexteræ tuæ po-
tentia conterantur.

OMnipotens sempiterne Deus,
qui saluas omnes, & neminem
vis perire, respice ad animas diabo-
lica fraude deceptas, vt omni hære-
tica prauitate deposita, errantium
corda resipiscant, & ad veritatis tuæ
redeant vnitatem.

DEUS qui errata corrigis, & di-
spersa congregas, & congre-
gata conservas: quæsumus super po-
pulum Christianū tuæ vniōnis gra-
tiam clementer infunde, vt diuisio-

ne

ne reiecta, vero pastori Ecclesiæ tuæ sese vniens, digne tibi valeat famulari.

DEVS omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præfesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præfest, proficere, ut ad vitam unâ cum grege sibi credito perueniat sempiternam.

DEVS regnum omnium, & Christiani maximè protector Imperij, da seruo tuo Imperatoris fristro N. triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut qui tua constituzione est princeps, tuo semper munere sit potens.

QUæsumus omnipotens DEVS, vt famuli tui, Reges, Principes, & magistratus oës, qui tua miseratione

ratione suscepereunt Reipublicæ gubernacula, virtutū etiam oīm percipient incrementa, quibus decenter ornati, & vitiorum monstra deuitre, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiose valeant peruenire.

Deu s qui conteris bella, & impugnatores in te sperātiū, potētia tuę defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorātib⁹ mise ricordiā tuā, vt omniū inimicorum suorum feritate depresso, incessabili te gratiarum actione laudemus, Per Dominum nostrum Iesum, &c.

¶ Domine exaudi orationem meam,

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino,

¶ Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

Amen.

LITA.

LITANIAE PRO FIDELIBVS DE- FVNCTIS.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis D e v s , Mi-
serere animabus fidel-
um defunctorum,
Fili redemptor mundi

Miserere
c e i s .

D e v s ,

Spiritus sancte D e v s ,

Sancta Trinitas vn^o D e v s ,

Sancta M A R I A ,

Sancta De i genitrix,

Sancta virgo virginum,

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphael,

Ora pro
c e i s .

T

Omnes

Omnes sancti Angeli & Archangeli, Orate pro eis.

Omnes sancti beatorum spirituum ordines, Orate pro eis.

Sancte Ioannes Baptista, Ora pro.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro eis.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Iacobe,

Sancte Ioannes,

Sancte Thoma,

Sancte Iacobe,

Sancte Philippe,

Sancte Bartholomæ,

Sancte Matthæe,

Sancte Simon,

Sancte Thadæe,

Sancte Matthia,

Sancte Barnaba,

Sancte Luca,

Ora pro
eis.

Sancte

- Sancte Marce, Ora pro eis.
 Omnes sancti Apostoli & Euange-
 listæ, Orate pro eis.
 Omnes sancti discipuli Domini,
 Orate pro eis,
 Omnes sancti Innocentes, Orate
 Sancte Stephane, Ora pro eis.
 Sancte Laurenti, Ora pro eis.
 Sancte Vincenti, Ora pro eis.
 Sancti Fabiane & Seba-
 stiane,
 Sancti Ioannes & Paule, } Ora pro
 Sancti Cosma & Damiane, } eis.
 Sancti Geruasi & Protasi,
 Omnes sancti martyres,
 Sancte Siluester,
 Sancte Gregori,
 Sancte Ambrosi,
 Sancte Augustine,
 Sancte Hieronyme,
 Sancte Martine,
 Sancte Nicolae,

Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro eis..

Omnes sancti Doctores, Orate pro eis.

Sancte Benedicte,

Sancte Antoni,

Sancte Bernarde,

Sancte Dominice,

Sancte Francisci,

Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ, Orate pro eis.

Omnes sancti Monachi & Eremitæ, Orate pro eis.

Sancta Maria Magdalena,

Sancta Agata,

Sancta Lucia,

Sancta Agnes,

Sancta Cæcilia,

Sancta Catharina,

Sancta Anastasia,

Omnes sanctæ virgines & viduæ,
Orate pro eis,

Omnes

] Ora pro
cis.

] Ora pro
cis.

Omnes sancti & sanctæ Dei, Intercedite pro eis.

Propitius esto, Parce eis Domine.

Propitius esto, Libera eas Dñe.

Ab omni malo,

A pœnis purgatorijs,

Ab ira tua,

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,

Per aduentum tuum,

Per nativitatem tuam,

Per Baptismum & sanctum

Ieiunium tuum,

Per crucem & passionem

tuam,

Per mortem & sepulturam

tuam,

Per S. resurrectionē tuam,

Per admirabilem ascensio-

nem tuam,

Per aduentum Spiritus

sanceti paracleti,

Libera
eas Dñe.

Peccatores,
 Vt illis parcas,
 Vt illis indulgeas,
 Vt animas parentum, fra-
 trum, propinquorum
 & benefactorum no-
 strorum à penitentia purga-
 torij eripias,
 Vt omnibus fidelibus de-
 functis requiem æter-
 nam concedas.
 Vt nos exaudire digneris,
 Fili Dei,
 Agnus Dei qui tollis peccata mun-
 di, Parce eis Domine,
 Agnus Dei qui tollis peccata mun-
 di, Libera eas Domine.
 Agnus Dei qui tollis peccata mun-
 di, Dona eis requiem sempiter-
 nam.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos,

Teroga-
mus au-
di nos.

Kyrie-

Kyrie eleison,
Christeeleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas,

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentæ: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius:
sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina usq; ad noctem
speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia:
& copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel : ex omnibus
iniquitatibus eius.

Requiem æternam dona eis Domi-
ne : & lux perpetua luceat eis.

Gloria Patri.

℣ Saluos fac seruos tuos,

℟ Deus meus sperantes in te.

℣ Domine non secundum peccata eorum
facias eis,

℟ Neque secundum iniurias eorum
retribuas eis.

℣ Oremus pro parentibus, fratribus, & be-
nefactoribus nostris in C H R I S T O de-
functis.

℟ Retribuere dignare Dñe omnibus qui
nobis bona fecerunt, propter nomen
sanctum tuum requiem æternam, Amē.

℣ Oremus pro fidelibus defunctis,

℟ Requiem æternam dona eis Domine,
& lux perpetua luceat eis.

℣ A porta inferi,

℟ Erue Domine animas eorum.

℣ Requiescant in pace.

℟ Amen.

℣ Domine exaudi orationem meam,

℟ Et clamor meus ad te veniat.

Ore-

Oremus.

DEVS qui nos patrem & matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus patris ac matris meæ: eorumq; peccata dimitte: meq; eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

DEVS qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos, pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eoru quoq; ppetuo aggregetur cōsortio.

ABsolue, quæsumus Domine, animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem carnis humana conuersatione commisit: tu venia misericordissimæ pietatis absterge.

DEVS veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus cle-

T s men-

mentiam tuam , vt nostræ congre-
gationis fratres, propinquos, & be-
nefactores, qui ex hoc seculo trāsie-
runt, Beata M A R I A semper virginē
intercedente, cum omnibus sanctis
tuis, ad perpetuæ beatitudinis con-
sortium peruenire concedas.

ABsolue, quæsumus Domine, ani-
mas famulorum famularumq;
tuarum , & omnium fidelium de-
functorum , ab omni vinculo deli-
ctorum, vt in resurrectionis gloria
inter sanctos & electos tuos resusci-
tati respirent.

DEUS cui proprium est misereri
semper & parcere , propitiare
animabus omnium fidelium in te
dormientium, & omniacorum pec-
cata dimitte , vt mortalitatis vincu-
lis absolutæ , transiremereantur ad
vitam.

Fide-

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum familiarumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

V Domine exaudi orationem meam,
R Et clamor meus ad te veniat.
V Benedicamus Domino,
R Deo gratias.

Fidelium animæ per misericordiam

Dei requiescant in pace.

Amen.

LITA-

LITANIAE SAN-
CTORVM, QVORVM
VEL INTEGRA CORPO-
RA, VEL CAPITA, VEL CERTE
magna ossa habentur in tem-
plo S. Michaelis Mo-
nachij.

KYrieleison.

Christeeleison.

Kyrieleison.

Christe audinos.

Christe exaudinos.

Pater de cœlis De^o, Miserere nobis.

Fili redemptor mundi D E V S, Mi-
serere nobis.

Spiritus sancte D E V S, Miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus D E V S, Mi-
serere nobis.

Sancta MARIA, Ora pro nobis.

Sancta DEI genitrix, Ora pro nobis.

San-

Sancta Virgo Virginum, Ora pro.
Sancte MICHAEL huius templi
patrone, Ora pro nobis.

Omnis Sancti Angeli & Archangeli,
Orate pro nobis.

Omnis sancti Beatorum Spirituum
ordines, Orate pro nobis.

Sancte Ioannes Baptista, Ora pro.
Omnis Sancti Patriarchæ & Pro-
phetæ, Orate pro nobis.

Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Iacobe Maior, Ora pro
nobi .
Sancte Thoma,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæ,
Sancte Thadæ,
Omnis sancti Apostoli & Euange-
listæ, Orate pro nobis.

Omnis sancti Discipuli Domini,
Orate pro nobis.

Omnes

Omnis sancti Innocentes, Orate
pro nobis.

Sancte C A I,

Sancte Clemens,

Sancte Hygini,

Sancte Anicete,

Sancte Soter,

Sancte Antere,

Sancte Cornelii,

Sancte Sixte,

Sancte Blasi,

Sancte Basili Archiepi-
scope,

Omnis sancti Pontifices & Marty-
res, Orate pro nobis.

Sancte I A N V A R I,

Sancte SATVRNINE,

Sancte Laurenti,

Sancte Sebastiane,

Sancte Achati cum socijs,

Sancte Zotence,

Sancte Philippe,

Ora pro
nobis.

Ora pro
nobis.

San-

Sancte Valeriane,
Sancte Christophe,
Sancte Hypolite,
Sancte Theodosi,
Sancte Valentine,
Sancte Mauriti cum socijs
Sancta Michali,
Sancte Gereon cum socijs,
Sancte Aproniane, Ora pro
Sancte Infans Treuirensis nobis.
 cum socijs,
Sancte Cypriane,
Sancte Theodore,
Sancte Albane,
Sancte Alexander,
Sancte Polycarpe,
Sancte Valeri,
Sancte Feruti.
Sancti CYRE & IOAN-
NES, Orate pro
Sancti CRISPINE & nobis.
 CRISPINIANE, San-

Sancti Cosma & Damiane,
Sancti septem Dormientes } Orate pro nobis.
Sancti Machabei martyres } nobis.
Omnes sancti martyres,
Sancte EUPHEBI,
Sancte Augustine,
Sancte Nicolae. } Ora pro nobis.
Sancte Maure,
Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro nobis.
Omnes sancti Doctores, Orate pro nobis.
Sancte Antoni,
Sancte Simeon,
Sancte Roberte,
Sancte Guilielme,
Sancte Ludouice. } Ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ, Orate pro nobis.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ, Orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, Ora.
Sancta

Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Tecla,
Sancta Felicitas,
Sancta Christina,
Sancta Iuliana,
Sancta Iustina,
Sancta Dafrosa,
Sancta Ursula cū sodalibus
Sancta Pinosa,
Sancta Victoria,
Sancta Salmena,
Sancta Moretta,
Sancta Matrona,
Sancta Childegonia,
Sancta Aurea Corona,
Sancta Beatrix,
Sancta Benigna
Sancta Regina,
Sancta Cordula,
Sancta Pusinna,
Sancta Sapientia,

Ora pro
nobis.

Sancta

Omnes sanctæ Virgines &
Viduæ,

Omnes sancti & sanctæ
quorum reliquiæ hic
requiescunt.

Omnes sancti & sanctæ Dei, Inter-
cedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Dñe.

Propitius esto, Exaudi nos Dñe.

Ab omni malo, Libera nos Do-
mine.

Ab ira tua,

A peste, fame & bello,

A fulgure & tempestate,

A morte perpetua,

Per sacram, in quo iacuisti

præsepium tuum,

Per inconsutilem, quam

gestasti, tunicam tuam,

Per mensam in qua vlti-

mam cœnam cum di-

scipulis manduasti,

Orate pro
nobis.

Libera
nos Dñe.

Per

Per humilitatem tuam
qua linteo præcinctus discipulorum pe-
des lauisti,

Per columnam, in qua es
flagellatus,

Per flagellationem, & san-
guinem è corpore tuo
in terram defluxum,

Per spineam coronā tuam,
Per salutarem & viuificam,
in qua pependisti, cru-
cem tuam,

Per spongiam, qua in cruce
fuisti potatus,

Per gloriosum sepulchrum
tuum,

Per sancta tua lapidi im-
pressa vestigia,

Peccatores,

Vt dominum Apostolicum
& omnes Ecclesiasticos

Libera
nos Do-
mine.

Te roga-
mus au-
di nos.

ordi-

ordines in sancta reli-
gione conseruare dig-
neris,

Vt huius sancti templi tui
Fundatores totamque
serenissimam familiam
Bauaricam sub umbra
alarum benedictionis &
misericordiae tuæ cle-
menter fouere & prote-
gere digneris,

Vt Clerum, Senatum, po-
pulumq; Monacensem,
totamq; Bauariam in
pace & tranquillitate
custodire digneris,

Vt societatem tuo sancto
Nomini deuotâ, in tuo
sancto seruitio confor-
tare & conseruare dig-
neris,

Vt omnibus in hoc templo

Teroga-
mus au-
di nos.

te

te inuocantibus adesse,
eosq; clementer exaudi- } Teroga-
re digneris, } mus au-
di nos.

Fili D E I,

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine,

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus D E I qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis,

Christe audi nos.

Christe exaudi nos,

Kyrie eleison,

Christeeleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

¶ Pretiosa in conspectu Domini,

¶ Mors sanctorum eius.

Oremus.

C oncede quæsumus omnipotēs
D E V S , vt sanctæ Dei Genitri
Arch-

cis Mariæ, sancti q; Michaelis Archangeli, & sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginū & Sanctorum mulierum, omniūq; electorum tuorum, quorum sacræ reliquiæ in hoc templo afferuantur, intercessio nos vbiq; lētificet; vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, Per Dominum nostrum, &c.

LAVS DEO, VIRGINIQVE
MARIAE.

FINIS.

Litanie et p̄ces recitanda in celebrazione Jubilei a s. d. n. paulo s. b. prou. PP. s. iudici ad diuinā opem initio sui Pontificat⁹ pro futari Cath. eccliae regimine et presentibus eccliae necessitatibus imploranda.
1605.

Audi Exaudi bone preces servorum tuorum,
tu, et misere te nobis qui cum prece, et
spiritu sancto vivis et regnas
benignus in secula seculorum. Ky. r.
Ab ira tua, libera nos bone.

Ab imminentibus periculis,
libera nos bone.

A peste, ~~et~~ fame, et bello. lib.
ut inimicos ecclesiae tui. te rog:
ut famulum tuum Pontificem
natum Paulum, singulari virtutis
tuae praesidio teneri dis-
cerneris, te rog.

Ut pares munere suscepimus
vires illi sufficere digneris,
te rog. audi nos.

ut sanctae Romanae Catho-
licae ecclesiae fidem propria
gave digneris, te rog.

Ut impios hereticorum errores
condigne euellere digneris. te
rog. audi nos.

Ut Hungariae regnum a Tur-
cavum armis defendere di-
gneris, te rog. audi nos.

00079780
Ut eidem regno optatam
tranquillitatem restituere
dignaris, te rog.

Ut nosmet ipsos et r

Atiph. Deprecabilis esto
super servos tuos dñe, et
exaudi nos in die, qua
innocauerimus te.

Pater noster.

Ps. et ne nos et r

R. sed libera et r
psal. 13.

Exaudiat te dñs in die tri-
bulationis: protegat te no-
men Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de San-
cto: et de Sion tueatur te
memor sit omnis sacrificij tui
et holocaustu tui pinguē
fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuū:
et omne consilium tuū con-
firmet.

Letabimur in salutari filio:
et in misericordia dei anni magni,
ficiabimur.

Impiecat dominus omnes petitio-
nes tuas: nunc cognoui,
quoniam ~~quoniam~~ salutem fecit
domus Christus filius.

Exaudiat illum de calo san-
cto suo: in potentatiis
salvis dexteram eius.
Hi in curribus, et hi in
equis: nos autem in moe-
bi domini nostri inuoca-
bimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciz-
erunt: nos autem surrexi-
mus, et erecti sumus.
Dñe salutem fac regem: et
exaudi nos in die qua in-
vocauerimus te.

Gloria pri, et t

P. vias tuas dñe demonstra-
mihi.

P. et semitas tuas edoce me.

P. dñe illuminatio mea, et
salus mea, que timebo?

00070780
¶ dñs protector vitq; meq;
a quo trepidabo.

p. Angelis suis mandavit de te
¶ Et custodiant te in omnibus
vix tuis.

p. Beatus qui elegisti, et assu-
pisti.

Bx. inhabitat in atrijs tuis.

p. In te inimicos nros venti-
labim⁹ cornu.

Bx. Et in noīe tuo spernemus
insurgentis int nobis.

p. Sub tuū presidū cofagim⁹
sancta dei genitrix.

Bx. Nras deprecationes ne
despicias in necessitate,
sunt.

p. Constitues eos Principes
super om̄em terrā.

Bx. Memores erūt noīis tui
dñe.

Oremus.

Mentibus nris quesumus dñe
spiritu sanctu benignus in-
funde, cuius et sapientia con-
diti sumus, et prouidentia
gubernamur.

00070780
...ori quesumus q̄ dñe
mittis ignosce, ut qui tibi place-
re de actibus mis non valem̄,
genitricis filij tm̄ bni n̄ in
tercessione salvemur.

Hens qui Beato Petro apostolo
tuo collatis clamibus regnicae
lestis ligandi atque soluendi
Pontificis tradidisti: cocede,
ut intercessio eius auxilio
a peccatorib⁹ nostror⁹ noxibus
liberemur.

Omnipotens semperme Deus, in
firmitatem nraam propiti⁹ respi-
ce, atq; ad protegendū nos dexte-
ra tua maiestatis extende.

Deus in cuius manu sūt om̄i
potestates, et om̄i nra regnoz,
respicere in auxilium Christiano-
rum, ut gentes Turcarū & ha-
reticor⁹ grā in sua feritate
et impietate confidunt dexte-
ra tua potentia conterantur.

Da quesumus eccliae tuo mis-
ericors hens, ut sancto spiritu
congregata

00070780
congregata, ...
incurfione turbetur.

Da nobis quesumus Domine perfe-
uerantem in tua voluntate
familiam, ut in diebus no-
stris, et merito, et numero
populus tibi seruens angelum
tur. Per Christum dominum
noscum.

X. Exaudiat nos omnipo-
tens, et misericors dominus
nous.

Bx. Et custodiat nos semper.

Amen.


00070780



00070783



cis Mariæ, sancti q; Michaelis Archangeli, & sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginū & Sanctorum mulierum omniū.



cis Mariæ, sancti q; Michaelis Archangeli, & sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginū & Sanctorum mulierum.

